Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Petri Comestoris historia scolastica - Cod. Aug. perg. 138

Petrus <Comestor>

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Actus Apostolorum

urn:nbn:de:bsz:31-41955

Undecim [De apparicione in Galilea] autem apostoli abierunt in Galyleam ad montem ubi constituerat illis Ihesus, et videntes eum adoraverunt. Quidam autem dubitaverunt, et exprobravit Ihesus duriciam cordis eorum, et ait: Data est mihi omnis potestas in celo et in terra, id est nunc apparet omnipotencia mea. Ultima dixeram vobis: In viam gencium ne abieritis. Sed quia iudei abiecerunt me, quod dederunt mihi potestatem mittendi usque ad extrema. Descendit de celo verbum et ascendit. Ite in orbem universum, et predicate evangelium omni creature, id est homini, qui quodammodo est omnis creatura, vel qui habet partem cum omni creatura. Unde et homo microcosmus dicitur, id est minor mundus. Et addidit: Baptizate omnes gentes, id est omnia genera gencium. Sicut quod dixi vobis, quod in Iericho, communicatione operum vestrorum et in eadem conversacione formam vestrorum sic invocates eum. Ad honorem trinitatis statim operis nomen, quod inchoaverunt est, ut trinitas comprehenditur nobis. In baptismo a dicit affirmando: Et ego baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti, id est ministerium baptismi ago. Sed auctoritas penes trinitatem est. Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit. Qui vero non crediderit condempnabitur. Non ait qui non baptizatus fuerit, quia sine baptismo non salvatur homo cum eum excludit articulus necessitatis, non contemptus religionis. Unde quod dicitur est: Nisi quis renatus fuerit et cetera, sic intelligitur quod contempserit renasci. Quidam vestrorum diu adheserunt heretici huius temporis dicentes non oportere baptizari nisi credentem, et ideo non recipiunt baptismum parvulorum, sed non intelligunt verbum domini est. Primo enim qui predicabantur adulti baptizandi erant et adulti, quorum fide exigitur in baptismo. Preterea parvuli eorum et adultus potest intelligi esse dominus, vel si pro omnibus exponere. Qui crediderit et baptizatus fuerit, hoc est qui in fide baptizabitur. Oportet enim baptizandum vel per se vel per alium credere. Signa autem eos qui crediderint hec sequentur: In nomine meo demonia eicient, linguis loquentur novis et cetera. Et hec quidem pro tempore dominus. Tunc enim signa fiebant propter confirmandis. Quia eciam signa non fuerunt necessaria, non modo fiunt sicut passim tunc fiebant. Sicut enim arbusta plantamus

Q. d. Quod audistis in aure predicate super tecta, et baptizate eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. Quidam dicunt quod evangelium lectum usque, et ab omnibus audiendum et ceteri omnibus primo fit, sed extra librum quod dicitur hic liber textus, preter istud et in fine, quod in usque ad finem mundi

tamdiu aquam infundimus quousque terre convalescant. [De ascensione domini]

Die autem ascensionis venit ad eos in Ierusalem et ait: Sedete in civitate quousque induamini virtute ex alto. Cumque comedisset cum eis, unde in vallis VIII hora, eduxit eos foras in montem Oliveti usque Bethaniam, et elevatis manibus benedixit eis, et videntibus illis elevatus est in celum, et nubes lucida obumbrabat cum ministerio angelorum. Cumque iam sublatus esset ab oculis discipulorum, tamen adhuc intuebantur in celum. Preterea duo angeli in forma virorum steterunt iuxta illos et dixerunt: Viri Galylei, quid statis aspicientes in celum? et cetera. Procedite in expectatis. Quem ita videat, tamen in fine temporum veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum, babiliter, scilicet nubibus descendet in terram. Illi autem regressi sunt in Ierusalem et expectabant promissum patris, scilicet spiritum. Quoniam accepto templo sunt perseveraverunt usque dominus corporaliter ante eis scilicet per spiritum sanctum. Et non dicitur translatus, Enoch, subvectus est Helyas. Ascendit Christus propria virtute. Hanc ultimam processionem plerumque representat ecclesia dominicis diebus egrediendo de ecclesia et redeundo ad eam, qui de Ierusalem exiens et rediens in Ierusalem et secundo crucem ubi illi crucifixum. Et licet illi redierint sine Christo, tamen nos redimus cum cruce, qui ipse dixit: Vobiscum sum usque ad consummacionem seculorum. Et non quod primitiva ecclesia observavit diem dominicum ut in III et IIII et V feria in memoriam ascensionis, et tunc feria V fiebat processio, sed multiplicatis sollempnitatibus sanctorum sublata est sollempnitas V ferie, et processio translata est ad dominicam diem. [Quotiens apparuit dominus discipulis infra xl dies]

Anno XIX imperii Tyberii Cesaris, adhuc procuratore Iudee Pylato, preside Syrie Vitellio, mortuus est dominus et resurrexit. Resurgens autem variis virtutem multis apparuit argumentis, multa in corpore suo ostendens per naturam corporis immortalis, ut sic veritatem resurrectionis astrueret, et ab apostolis et eorum posteris omnem omnino eciam hesitacionis amoveret. Comedit enim et bibit cum eis, non corporis spiritualis cibo alimonia indigeret, sed in corpore suo creaturam ostendit. Enim naturam corporis immortalis penitus alienam sibi omni deformitas creaturis. Preter has argumenta lucas

scribens hystoriam actus apostolorum ponit alia
signa et argumenta quod vivus, quia per dies xl appa-
ruit eis loquens de regno dei. Non est autem intelligen-
dum quod in diebus singulis xl apparuerit apostolis,
sed infra numerum tot dierum decies apparuit eis
ut ex evangeliis colligit hystoria. Ipsa namque
die resurrectionis quinquies apparuisse legitur. Primo Ma-
rie Magdalene. Secundo mulieribus redeuntibus de monumento
que tenuerunt pedes eius et adoraverunt eum. Ter-
tio Petro, licet expresse non habeatur de eo. Quarto duo-
bus euntibus in Emaus. Quinto apparuit x apostolis
absente Thoma. vi post dies viii apparuit eis-
dem presente Thoma. vii septem apostolis apparuit in
piscatione ad mare Tyberiadis. viii in monte
Thabor quando convenerant in Galilea. Et ita us-
que in die ascensionis apparuit octies. Ipsa vero
ascensionis die bis apparuit. Semel xi apostolis
comedentibus in cenaculo. Omnes quidem tam apostoli
quam alii discipuli et non nulle mulieres habitabant in illa
parte urbis que dicebatur Mello, scilicet in monte Syon,
ubi David construxerat sibi palacium, et ibi erat cena-
culum illud grande stratum in quo preceperat dominus
parari pascha. Et in cenaculo illo tunc habitabant
apostoli, ceteri quoque per diversa hospicia. Et cum come-
derent xi in cenaculo apparuit eis dominus et expro-
bravit incredulitatem eorum et duriciam cordis eo-
rum. Et convescens precepit eis ab Ierusalem ne
discederent, sed expectarent promissionem patris,
id est a bis promissam vel a patre, scilicet spiritum, et prius
auctoritate comprobanda dicens: Iohannes bapti-
zavit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto
non post multos hos dies. Ac si diceret: Spiritus sanctus
super vos descendet, vos purificabit et roborabit.

De quo apostoli baptizati fuerunt

De baptismo apostolorum solet dubitari, sed sic habetur
locum. Dicunt Beda et Augustinus quod fuerunt
baptizati. Aliter Beda: Baptizati non dico quod in
spiritu sancto, nec ad aliud tempus respiciat quod apostoli et
ceteri fideles illius temporis baptizati sunt aqua in
remissionem peccatorum. Gratiam spiritus sancti ad precepta,
sed ad illud quod dominus mittere eis spiritum, scilicet plenius
acceperunt, id est non dico fuerunt baptizati, non dico
aqua sed spiritu sancto. Quos intelligimus baptiza-
tos in baptismo Iohannis vel, quod credibilius est, baptismo
Christi; conveniens non esset baptizatores quod alios
baptizabant. De quo etiam ait Augustinus: Scriptum est
quod baptizatus est Paulus, quod ab Anania bap-
tizatus est, sed scriptum non est quod baptizati fue-
runt alii apostoli. Sed debemus intelligere bapti-
zatos eos esse, sicut nulla dubitatione [illegible]

quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non perveniet
in regnum dei. Hoc apertius solvit Beda et Augustinus quod
baptizati fuerunt baptismo Christi, et de quibusdam certius
est quod baptismo Iohannis fuerunt baptizati, ut de An-
drea, Philippo et Petro, de quibus constat quod fuerunt
eius discipuli. Hoc dominus precepit eis ut egrederentur de
civitate, et statim evanuit ab oculis eorum. Et hec
est nona apparitio. Et statim post comestionem
xi apostoli et alii discipuli et mulieres [illegible]
unanimiter egressi iuxta domini preceptum venerunt
in montem Oliveti, et statim dominus apparuit eis. Cum
autem precepit eis ut egrederentur de civitate et eva-
nuerit ab oculis eorum, et omnes egressi de civitate
venerunt ad montem Oliveti, et ibi dominus apparuit
eis, in hystoria subticetur quod breviatur.

Tunc quidam ceperunt eum interrogare dicentes:
Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel temporale
quantum ad quosdam incipientes et carnales
sapientes, qui videntes alienigenam regnare
et iudeos esse sub preside, querebant de restitucione
regni vel temporalis, putantes eum adhuc restituendum,
sicut et duo discipuli dicentes: Nos sperabamus quia ipse
esset redempturus Israel. Alii magis instructi sciebant
restitucionem illam in finali futuram, scilicet extra
iudicii; querebant de restitucione regni vel spiritualis,
scilicet de dilatacione ecclesie, ac si dicerent: Augeri in hoc
tempore facies quod promisisti ecclesie. Dominus autem super
hoc non certificavit eos, quasdam tamen responsi-
one eis posito sic solvi esset posse intelligere
restitucionem illam in tempus [illegible] descendam. Non
est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in
propria [illegible] et momentorum usque ad finem secu-
li que tantum pater per se scit, ac si diceret: Nichil ad vos
querere de secretis his, sed ad ea capienda estote
ydonei, sed de his que ad vos spectant estote
solliciti, quia vos re ipsa accipietis virtutem spiritus
sancti in vos supervenientis, cuius virtute roborati
eritis mihi testes virtutis mee, primo in Ierusa-
lem, postea in Iudea, postea in Samaria, tandem usque
ad ultimum terre. Ac si tacite diceret: Cum regni
illius restitucionem non solum ultimam sed omnes iudee
fines et Samarie, immo et totius orbis precurrit
fama evangelii perveniet.

De ortu et egressu predicacionis

Primo siquidem
predicatum est in Ierusalem,
sed post lapidacionem Stephani et mortem
Iacobi gladio occisi egressi sunt de urbe predi-
cantes in finibus Iudee; postea transierunt
ad Samaritanos, et inde processerunt per
universum orbem. Et cum hec dixisset et aliis

evangelium elevatis manibus benedixit illis et post benedictionem videntibus illis elevatus est et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Quia enim quidam in globo cum nubibus ascendit, non tamen quod ad ascendendum egeret missione nubis, sed ut per hoc ostenderet quod omnis creatura parata est obsequio suo creatori. Quarto

De loco a quo ascendit: fecerunt abeuntes domino

De autem ascensionis ... supplicia ... urbium ... quia cum in petra edificata esset ... vel ille locus in quo ... steterunt vestigia ... ascendentis nunquam potuit sterni pavimento ... marmore tota collocatum ... calcata quod a domino pulvis ... de est ... vestigia impressa ... eadem adhuc spectaculum ... vestigiis terra custodit. De

missione angelorum

Cum iam dominus raptus esset ab aspectu eorum ... suspensis vultibus aspicientes in celum ... venire in celum debuisset ... exercitus erat eis sedere in civitate ... donec induerentur virtute ex alto et ne diutius ibi morarentur missi sunt angeli instruentes eos. Unde sequitur: Cumque intuerentur ... ille ... ut ponat accusativum pro ablativo absoluto ... ponitur ... vel cum intuerentur ~~...~~ et adhuc intuerentur celum ecce duo viri id est angeli in forma virili astiterunt iuxta illos in vestibus albis qui et dixerunt: Viri galilei quid statis aspicientes in celum ... obliti quod facere debeatis. Hic Ihesus qui a vobis assumptus est in celum sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum id est sic cum nubibus videbitis eum in celum ascendere, sic cum nubibus videbitis ... ad iudicium venientem. Duplici de causa ... duo angeli apparuerunt scilicet ut mestos de absentia domini confortaret et ut dominum ... ascendisse in celum demonstraret ... in regione angelorum ... sic Helyas qui raptus est curru igneo ascendit usque ad sublunarem regionem ... et tamen ... in paradisum terrestrem qui adeo eminens ... ut pertingat ad sublunarem regionem ... Tunc reversi sunt ... a monte qui vocatur Oliveti ... copia olivarum ... distans a Ierusalem ... spacio miliarii ... non amplius spacio licebat iudeis egredi sabbato de civitate ... in qua erant ... mille passus poterant ... deambulare ... monte ... luminum. Dicitur autem ... mons Oliveti ... de nocte illuminabat igne templi ex parte occidentis ... erat

igitur ... in altari ... mane ex parte orientis primos excipiebat radios solis antequam illustraret civitatem. Habebat etiam copiam olei quod est fomentum luminis. In quo imitamur apostolos

Cum reversi essent in Ierusalem omnes unanimiter apostoli usque ad eorum hospitium ... diverterunt ... inde ... venerunt. Hanc processionem discipulorum qui unanimiter de civitate sunt egressi et postea unanimiter regressi representat ecclesia in singulis ... diebus processionem faciens. Unde sicut ipsi sunt egressi precedente christo ita et nos ... egredimur cruce preferendo. Et licet non redierit cum eis christus ... redeuntes esse reportamus. Quia licet non redierit ... eis presentia corporali rediit tamen presentia spirituali iuxta quod ait: Vobiscum sum usque ad consummationem seculi. In eo ... quod egredimur crucem domini preferendo representamus quod illi egressi sunt precunte christo. In eo quod crucem eo reportamus cum non redierit presentia corporali cum eis representamus quod ait: Vobiscum sum usque ad consummationem seculi. In eo ... quod egredimur crucem domini preferendo representamus quod illi egressi sunt precunte crucifixo. In eo quod crucem domini portamus ... autem ecclesia in representatione fiebat ... Feria quinta tunc temporis sollempnius erat sicut ... presentia ascensionis ... preveniens ... Unde in vulgali proverbio usque hodie ... dicitur cognata dies iovis. Quia antiquitus fuit ita sollempnis. Sed quia superveniunt festa sanctorum et celebrare tot festa erat onerosum ... in dominica die fieret processio ... ita institutum. Quo et a quibus se receperunt

Tunc ascenderunt apostoli in cenaculum scilicet ubi manebant Petrus et Iacobus Iohannes Andreas et alii et numerantur ... series ... catalogi. Solent enim apostoli in kathalogo in hunc modum combinari: Petrus Andreas, Iacobus Iohannes. Forte alibi ita combinantur Petrus ... fraternitate. Hic autem pro maiori privitate quod intellexit Lucas in spiritu pares esse in ministerio Petrum et Iohannem qui forte pre ceteris discipulis dilexerunt. Unde et ... alibi simul ad monumentum cucurrerunt. Et erant omnes unanimiter perseverantes in oratione cum mulieribus et Maria matre eius quam a mulieribus distinguit quia non per ... dici ... mollicie passa. Inde dominum mulier ... non ... corruptione potest ut ibi. Quid michi et tibi mulier ... fratribus eius quod de illis debet intelligi ... ante passionem domini ... non credebant in eum. Nunc autem credebant. Nota quod dominum perseverantes

oratione et non addito ieiunio. Quidam tamen a festo
ascensionis usque ad penthecosten ieiunant ex
emplo apostolorum quos aiunt in spacio illo ieiunas
se. Quia nec dominus veniunt dies in quibus auferetur
ab eis sponsus et tunc ieiunabunt et potuit ita-
que tunc non habetur. De sermone petri
In diebus illis id est in illo meditullio temporis inter ascen
sionem et spiritus sancti missionem exurgens petrus in me
dio fratrum dixit. Constat autem in spacio illo statutam
esse mathye electionem licet non sit declaratum qua die
verum quia indefinite dicitur in diebus illis et tamen quia
ex forma sepius assumpsit ecclesia formam legendi
verum quia in actibus apostolorum frequenter invenitur in
diebus illis ideo cum leguntur predicte epistole premittitur
in diebus illis. Et quia in ewangeliis sepe le
gitur in illo tempore ideo cum singulis diebus legun
tur in ecclesia predicta ewangelia premittitur in illo tempo
re. Viri fratres oportet nos implere scrip
turam quam predixit spiritus sanctus per os david de iuda
qui fuit dux eorum qui comprehenderunt ihesum qui
dixit cohorte ad eum in quem osculabor ipse
est. Qui osculo dedit eis dicionis signum et ita
prius eis ducatum quod annumeratus est in nobis
id est sortitus est sortem ministerii huius id est apostolatus quia
quasi sorte id est divina electione obtinuit aposto
latum et elegante domino connumeratus et non
in merito inter apostolos computatus est. Vel respi
cit ad hoc quod dixerat qui fuit dux eorum qui
comprehenderunt ihesum et sortitus est sortem ministerii
huius id est ducatus id est huius huius ducatum et hic
quidem possedit agrum de mercede iniquitatis quem
dam mistice exponunt id est precepto precio
dicitur possedit in sinum quod de rebus mouetur
sicut predixit clara iuuentam. Alii dicunt iudam
in sepulcro ita possedisse sed non est autenticum.
Dicitur est possedit id est possideri fecit quia de pos
sessione eius ipsa empta est vel ab aliis possessus
et suspensus crepuit medius et diffusa sunt viscera
eius sed non per os eius ut sic pereret os quo sal
vatorem osculatus est. Fuerat. Non enim tam vile
debuit inquinari quod tam gloriosum fuerat os christi con
tigerat. Dignum enim erat ut viscera que prodicio
nem conceperant rupta caderent. Et guttur quo
vox prodicionis exierat laqueo artaretur. Sepe
enim modum pene exprimit modus culpe. Unde
absciditur caput corporis hominis qui ipse abscidit
caput meum id est xpm. Sic et iudas mortuus
est in aere tamquam aereis spiritibus sociandus.
Congruum enim erat ut separaretur ab an
gelorum et hominum regione quos offensus fuerat
utrosque et ita modus et locus pene congruit cul
pe. De electione mathye Et pe-
notum est factum hominibus habitantibus
in ierusalem ita ut appellaretur ager
ille lingua eorum acheldemach quod est ager sanguinis. Dicunt
quidam hoc non fuisse verba petri cum inde esset et ad
iudeos loqueretur. Sed luce qui grece scripsit et
in hebreo nomen agri exposuit. Alii dicunt quod latinus
interpres hoc exposuit vel addidit. Sed melius
a petro dictum accipitur et continuatur ei quod dix
erat. Notum factum est omnibus habitantibus in ierusalem
ita ut appellaretur ager ille acheldemach
lingua eorum id est vulgari quia petrus galileus
erat et eadem erat lingua galileorum et iudeorum
diversa tamen erant lingue ydiomata. Unde pe
tro dicitur. Vere galileus es nam et loquela tua
manifestum te facit id est ydioma lingue galy
leorum. Scriptum est enim in libro psalmorum. Non
dicit in libris. Unde in fulcitur augustinus Unum
librum psalmorum per quinque volumina distinguentem
Cum enim dicere debuit in quarto libro psalmorum. Fiat
habitacio eorum deserta et non sit qui inhabitet
in ea de iuda et eorum. Et episcopatum eius accipiat alter
id est alius qui de multis discipulis id est lxxii electus
est mathyas ei substituitur. Vel dicitur quia
mathyas longe fuit alter ab eo quia ut iste
iudas non nequam vel alter dux eorum quia fortes iuris
se sunt. Oportet ergo ex hiis viris qui nobis
cum sunt congregati ex eo tempore quo intravit
et exivit dominus ihesus incipiens a baptismate
iohannis usque in diem qua assumptus est a nobis teste
resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis quod
quidam eorum mortui sunt et sic completum est quia
episcopatum eius accipiet alter et oportet ut aliquis
ei substituatur qui testetur nobiscum eius
quia dicitur nobis. Eritis mihi testes in ierusalem
et in iudea et in omni iudea et samaria
et usque ad ultimum terre. Et quia testis non
est nisi qui vidit et audivit debet testium fore
eligendus de hiis viris qui a baptismo iohannis
semper ceperunt dominum facere et docere usque ad diem
ascensionis nobiscum fuerunt et domini miracula
viderunt et doctrinam audierunt. Et nota quod dicitur
de hiis viris non de feminis infirmioribus et ad
hoc minus ydoneis. Et statuerunt duos illos
aliis preferentes. Joseph qui vocabatur
barsabas qui cognominatur iustus et ma
thyam. De laude sua tacetur. Quia sufficit
ei pro laude quod in apostolum eligitur. Joseph
non commendatur ne tamquam indignus respui-

iudeorum. Nemus. hoc plane in glosa. quidam iste ioseph qui uocabatur barsabas. fuit barnabas. qui postea cum paulo in apostolatum electus est. sed non est huic opinioni adherendum. quia ex gestibus eiusdem fiet hoc constare. Iste namque ioseph fuit frater trium apostolorum filiorum alphei qui fuit apostolus. Et adorantes dixerunt. Tu domine qui corda omnium nosti ostende quem elegeris ex hiis duobus accipere locum ministerii huius apostolatus de quo preuaricatus est iudas ut abiret in locum suum. Et dederunt eis sortes. Et cecidit sors super mathiam. et annumeratus est cum xi. apostolis. Non est utendum sortibus ut tradit Iohannes. propter hanc auctoritatem. quia priuilegia paucorum non faciunt legem communem. Non dum tamen missus spiritus sanctus. et nondum penitus figure legales cessauerunt. et ideo apostoli potuerunt sortes sicut in ueteri testamento sepe fieri legitur. Item saul sorte electus est. Jonathas et armiger eius sortes receperunt. David per sortes recit quos xxiiii. summos sacerdotes elegit. Si quis tamen compellitur sortibus apostolos imitetur premissa oratione. adiuro. Sed est electio mathie inter ascensionem et spiritus sancti missionem sed qua die incertum.

De missione spiritus sancti

Et cum complerentur dies pentecostes erant o. d. p. i. e. lo. in quo facta est electio mathie. Sed licet proprie dicantur compleri dies cum completur et hoc fuit prima vii. dierum quibus prelabebantur festum penthecostes. circa ii. erant festa que vii. diebus prelabantur. scilicet pascha. penthecostes. scenophegia. videtur etiam potius dicendum fuisse cum inciperent dies penthecostes. sed penthe equiuocum est ad quinquagenam et ad eam sollempnitatem prorelatam. pentacon. i. quinque. l. uel penthecon. i. uel quinquagenam significat. et est grecum uocabulum penthec. sicut pasche et scenophegia. sed de hoc nomine pascha eo est. Item in hebrei multa uocabula. quia sepe propter continuas preliatis captiuitates dispersi sunt et fuerunt inter grecos a quibus multa uocabula inuenerunt. Est ergo sensus dum complerentur dies penthe. i. quinquagene. Illa. n. dies erat quinquagesima a pasche. Et cum inchoarentur dies penthecostes. i. illius sollempnitatis. vii. dierum prelabendi. erant discipuli omnes in cenaculo. Et dum essent omnes pariter in cenaculo facto est repente de celo. i. de aere sonus. quasi fragor quidam sonuit in aere tamquam aduenientis spiritus. i. soni uehementis. uel sic tamquam aduenientis nota similitudo ac si diceret. venit spiritus in similitudinem uenti uehementis. uel tamquam spiritus sanctus uehementis. et est tamquam expressiuum ueritatis. quia uere spiritus sanctus dicitur spiritus uehementis quia uehementer amentem i. animum afficit. alienans uel uix. quia ait ille clareuall'. Merito dicitur uehemens qui uehementer adimens i. eternam dampnacionem quo ad sonum et ad spiritum sanctum. propterea sit quod dicitur est tamquam aduenientis spiritus. ne equiuocum est. adiungit sicut ruah in hebreo. pneuma in greco. Et repleuit sonus ille. i. spiritus sanctus. totam domum ubi erant. i. uiros et mulieres in domo sedentes. i. plenos quidem erat eis. sedere in ciuitate quo adusque induamini ex alto. Et apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis. i. radioli ignei. immo linguarum insidentes capitibus singulorum. Ipsa species creature in qua spiritus sanctus inuisibiliter descendit adeo usque tunc descendit in apostolos expressit spiritus ignis. cum ostendit spiritum sanctum tunc eis datum. ad robur. per linguarum ad eandem. Ignis testam roborat. Dantur autem spiritus sanctus apostolis ante passionem. quando missi sunt ad predicandum et dictum est eis. Egros sanate. demones eicite. mortuos suscitate. Post resurrectionem autem datus est eis ad alium usum. quando insufflauit et dixit eis. Accipite spiritum sanctum. quorum remiseritis peccata remittuntur eis et quorum re. r. sunt. ubi claues quas promiserat petro dedit et aliis. Et repleti sunt omnes s. s. et ce. lo. ua. li. prout s. s. da. el. ill. qui diuidens singulis prout uult in uult. quando uult. quantum uult. quibus uult spirat. Inde est quod apostoli uel una erat lingua s. ebrea loquebantur ita quod ab omnibus intelligebantur. uel quia uere linguis omnibus loquebantur quibus inspirauerat spiritus sanctus. omnium linguarum notitiam uel hoc quod sapientia legitur. Spiritus domini repleuit orbem terrarum et hoc quod co. o. s. h. sc. uo. i. conuenientiam habens cum omni creatura scientiam habet uocis i. linguarum ac si diceret. Spiritus domini re. or. t. et dedit discipulis scientiam linguarum.

Quod ammirati fuerunt omnes audientes apostolos loqui

Erant autem in ierusalem iudei uiri religiosi et iudei habitantes et propter illos multi alii superuenientes. fere ex omni natione que sub celo est. quia multis captiuitatibus fuerant dispersi iudei. Precipue sub antyocho epyphane quod captiuitas fuit iudeorum. hinc factum est et in ad diem festum omnes conuenerant audito fragore qui insonuerat in aere conuenerunt omnes ad discipulos loquentes. et ammirati sunt quia audiebat unusquisque s. i. lo. Et merito dicitur quod singulariter lingua sua. quia non solum sciebant linguas

bus linguis predicare. Alii autem irridebant eos
dicentes. musto pleni sunt. i. vehementer ebrii. quia
vehementior est ebrietas de musto quam de vino defecato

Excusat eos auctoritate prophetarum

Tunc petrus surgens cum xi. ostendens eos non
esse ebrios. sed spiritu sancto repletos. dicens. isti
sunt hii ebrii. cum sit hora diei tertia. q.d.
Non dum est tempus comedendi. in quo solent inebriari ieiuni.
Et quia sciebat legem et scientibus legem
loquebatur ostendit prophetiam esse Ioel. spiritus. adven
tu. et cum induceret prophetiam Ioel. ita ut ostendat
prophetiam esse adventu. s. s. [illegible]
de die iudicii. quia coniunxit Ioel iudicii signa
quedam iam impleta quedam adhuc implenda.
Erit in novissimis diebus dicit dominus. Effundam de
spiritu meo super omnem carnem. i. super utrumque sexum
non super omnem hominem. et prophetabunt filii vestri ut A
gabus et symon niger. et filie vestre ut philippi
et iuvenes vestri visiones videbunt. ut paulus
raptus usque ad tertium celum. et senes vestri somnia
somniabunt. ut petrus de quo legitur. Estimabat autem
se visum videre. Hucusque de adventu spiritus. sequi
tur de die iudicii. **De prodigiis in celo futuris**

Et dabo prodigia. **sunt impleta**
in celo sursum. quod impletum est ad indicium
domini esse natalis nova stella in oriente appa
ruit. et in terra deorsum in passione quando sol obscuratus
est. et signa in terra deorsum quod impletum est cum expi
rante emittere spiritum terra contremuit et petre scisse
sunt. et monumenta aperta sunt. sanguinem domini vul
neris vel sudoris qui fuit est sudor eius sicut gutte
sanguinis que preter naturam fuit. et ita signum fu
it et sanguis de latere domini mortui profluit quod
preter naturam signum fuit. ignem spiritus sancti vehe
mentis supervenientis. et vaporem fumi. i. fulgo
rem compunctionis de spiritu sancto. [illegible] tamquam fumus
de igne procedens. Sol convertetur in tenebras et
luna in sanguinem. In passione sol in tenebras
versus. Et cum tunc plenilunium esset. utrum lu
na tunc in sanguinem versa sit hominibus manifestum
esse non potuit. cum esset sub terra et visibus humanis
obiectu terre subtracta. De alio itaque istorum
constat quod iam completum sit. forte adhuc re
liquum est implendum. Et hec omnia fient. ante
veniat dies domini magnus spacio. quia nox ei
non succedit semper. quia in eo totus mundus il
luminabitur claritate. quia sol clarior lucebit
septempliciter. **Exponit verba david de Christo**

Viri Israhelite quibus specialiter locutus est
propheta. audite verba hec. i. intelligite
iam completum esse quod prophetavit Ioel. de spiritus missio
ne. quia misit spiritum sanctum ab eo quem vos interemistis. quem
alto consilio patris consolacionis tradidistis. et infixis(?)
crucifixistis(?). quem deus suscitavit solutis doloribus inferni
doloribus solutis vel quia cum ad ipsum quia dolores penarum
inferni non leserunt. vel quantum ad alios qui per eum
ab inferni doloribus soluti sunt. quod palam est ergo
illud dicit. Solves per ipsum dolores mortis. Quod autem
a deo suscitatus sit probat per prophetam david. et ponit
plures versus propter [illegible] ad illud probandum sufficit ille
solus. Non derelinques animam meam in inferno. Sed a illo
[illegible] capiens. i. non paciens [illegible] animam meam
ad inferos descendentem ibi detineri. Et corpus
meum sanctificatum corrumpi. vel incinerari. propterea de
david non intelligendum ostendit. asserens videlicet eos
de david prophetam intelligentes dicens. Viri fratres
liceat vobis audacter dicere de patriarcha david. quoniam et
defunctus est et sepultus apud nos et corpus eius incineratum
et adhuc cineres eius apud nos sunt. unde patet non de david
hoc dixisse. Non dabis sanctum tuum videre corrup
tionem etc. Sed prophetavit de Christo. quia neque de
relictus in inferno. neque caro eius vidit corruptionem.
quem suscitavit deus cui nos testes sumus. qui ad
dexteram patris sedens misit in nos spiritum sanctum qui
operatur in nobis quod videtis. Quod autem exaltatus
sit ad dexteram patris idem probat auctori
tate david prophete dicentis. Dixit dominus domino meo etc.
quod de david vel alio homine non potest intelligi. Cer
tissime ergo sciatis hunc ipsum iesum exaltatum esse
et spiritum sanctum misisse. quem vos crucifixistis. **De
his impleta prophecia iohelis**

His auditis compuncti sunt corde. Iterum imple
te sunt prophecie Ioel. quia per ignem spiritus
sancti secutus est fumus compunctionis. Et dixerunt
ad petrum et ad reliquos apostolos. Quid faciemus
viri fratres. Ad quos petrus. penitentiam agite et
baptizetur unusquisque vestrum in nomine domini ihesu Christi
in remissionem peccatorum et accipietis spiritum sanctum.
ut loquamini variis linguis sicut et nos. Et
hoc erat signum familiare in primitiva ecclesia
quia fere omnes ascendentes de lavacro loqueban
tur variis linguis. Et non quod dixit petrus
baptizetur unusquisque vestrum in nomine domini ihesu
Christi. Forma namque verborum tradita a domino
qua exprimitur trinitas. Diu in primitiva
ecclesia [illegible] apostoli. videntes hanc for
mam [illegible]. Baptizo te in nomine domini ihesu
Christi. ut ita diligeretur nomen ihesu Christi. Illi
igitur plurimi ex hominibus eos [illegible]
et qui receperunt sermones eius baptizati

sunt et appositi numero fidelium die illa fere ipsa die
penthecostes circiter iii. Et erant perseve-
rantes in doctrina apostolorum et in comone fractionis
panis .i. eucharistie quam primitiva ecclesia crebro
in communi conveniunt ad percipiendam eucha-
ristiam vel in comone fractionis panis quod cottidie
singulis ab apostolis frangebatur. Nichil habebat
proprium sed et predia vendiderant et posuerant
precia ad pedes apostolorum qui singulis diebus mane
ascendebant in templum orare. Et circa vesperas
singulis distribuebant panem prout opus erat.
C um autem quadam De paralitico curato
dam die ascendent a petro
petrus et iohannes templum ad horam
orationis ix. erat quidam claudus a nativitate
qui in gloriosa palrie dei iuxta portam templi
que dicitur speciosa. appellabatur quidam ornamento quod appo-
suit ei alexander hyrcanus ibidem et posuit
hodes aquilam auream. Et erat porta aliquanto
maior. Iste claudus cottidie portabatur in gra-
batto suo ad portam illam ut peteret elemosinam ab
ingredientibus templum et rogabat petrum et
iohannem ut elemosinam acciperet ab eis. Cumque ascen-
dissent templum ad horam orationis ix. con-
suetudo .n. fuit hebreorum tribus horis orare.
Unde et danyel dicto edicto regis ter in die hys
tribus horis orabat ascendens fenestram
cubili sui. Et consuetudo confirmata est ab ecclesia
quod eisdem tribus horis oratur .s. iii. vi. ix. quia
hora tercia flagellatus est. vi. cruci affixus est. ix.
dit. hora autem posuit. Intuentes petrus
et iohannes claudum dixerunt. Respice in nos
ac si dicerent. Attende paupertatem nostram. Ho-
hem quod porrigam tibi. At ille intendebat
in eos sperans se aliquid accepturum ab eis.
Ait quod petrus. Argentum et aurum non est michi
Io. n. erat suum quod reservabat in usus
pauperum quod relinquant preciosa sua ponentes
omnia ad pedes apostolorum. Quod autem habeo hoc tibi do.
In nomine domini ihesu christi nazareni surge et am-
bula in pace. Et apprehensa manu eius
dextera allevavit eum et protinus consolidate sunt
bases eius et plante. Et stetit et ambula-
bat et intravit cum eis in templum ambu-
lans et exiliens quod additum est a luca ut osten-
deret illud impletum. Salietur sicut cervus claudus.
Et vidit omnis populus ambulantem eum et laudan-
tem. Et repleti sunt stupore et extasi. Eo
quod contigerat illi. Scientes quod a nativitate
claudus fuerat. Et cum videret petrus
et iohannem clauserunt ad eos ad porticum que appel-
labatur salomonis et in ea parte in qua stabat
salomon dum oraret. Et videns petrus populum admi-
rantem super hoc miraculo locutus est ad eos. Quod in-
V iri israelite hoc attribuebat sanctis
quid admiramini aut quid intuemini
nos quasi virtute nostra hoc fecerimus
miraculum quasi dicat non virtute nostra hoc fecimus
sed deus abraham et deus iacob deus patrum nostrorum
glorificavit filium suum ihesum quem tradidistis
et negastis ante faciem pylati iudicante illo
dimitti et vos petistis ut iudicastis barrabam
dimittendum. Nomen eius .i. nominis invocatio
et fides huius de eo dedit isti integram sani-
tatem in conspectu omnium vestrum. Et nunc scio fratres
quod per ignoranciam hoc fecistis sicut et principes
vestri. Sed quia sic predem erat ab oculis prophetis
oportebat impleri. Penitemini igitur et conver-
timini ut eum veniant tempora refrigerii vel
discessio universalis iudicii veniet tempus futurum
de die iudicii et redempcio istorum deleantur
tur vestra peccata. Tunc .n. plane delebuntur
peccata cum virtute vinis mors destruetur
novissima. Et cum miserit eum quem predicat
vobis ihesum christum quem oportet celum suscipere .i. ad
dexteram patris sedere usque in tempore restitucionis
omnium que locutus est deus a seculo per os sanctorum prophetarum
.i. usque ad communem omnium resurrectionem .n. verba
omnia complebuntur de christo a prophetis predicta.
Et ponit exempla de hys que predixerunt de passione
et resurrectione eius. De iudeis sacerdotibus capientibus apostolos
L oquentibus autem apostolis ad populum superve-
nerunt sacerdotes et magistratus tem-
pli et indignati sunt omnes isti quia in
magnificabant eum quem ipsi dampnaverunt quasi
reum. Et saducei specialiter dolentes quia predi-
cabant resurrectionem quam ipsi negabant et iniecerunt
manus in eos et posuerunt in carcerem quia
iam vespera erat et non poterant eos iudicare.
Multi autem qui audierant verbum eorum crediderunt.
Et fuerunt qui ea die ad fidem conversi sunt v. milia.
Et hoc est quod sepe legitur quia iii. una die
conversi sunt ad fidem quod ipsa die penthe-
costes factum est. Alia die v. Quomodo interroga-
A ltera die congregati verunt. Dirigat
sunt principes sacerdotum .i. qui principatum
tenebant inter xxiiii. seniores sa-
cerdotes qui nominatim exprimuntur. Annas .s. prin-
ceps. quia actus principis nebulo et chayphas et ale-
xander et iohannes huius sunt cum erant excellentes

iii

iiii

Assistrice domini .s. tempus resurrectionis quo tenuis fuit tempore resurrectionis

et qui erant de genere sacerdotali, et seniores
et phei tradicionum inventores et scribe legis
expositores legem et aliis exponentes. Horum
districtione frequenter hominibus, et statuentes
eos in medio concilii interrogabant eos
in qua virtute vel in quo nomine hec fecistis? Tunc
petrus spiritu sancto plenus. Et primo quidem eorum
hemeracia ostendentes. Si nos hodie
iudicamur et adiudicemur. Nos hodie iudicamur, et tamen
quasi reos arguimus. q. d. Quidquid nos arguitis.
Notum sit vobis omnibus quia in nomine domini
ihesu xristi quem vos crucifixistis, iste sanus
astat coram vobis quem deus suscitavit a
mortuis. Hic est lapis angularis qui a vobis
edificantibus reprobatus est, id est a vobis crucifixus, qui postea suscitatus a patre factus est in
caput duorum populorum qui in ipso tamquam in angulari
lapide sunt uniti. Et non est in alio
aliquo salus. Nec aliud nomen sub celo datum
hominibus in nomine in quo oportet nos salvari.
Videntes autem petri et iohannis constanciam
attendentes quod illi essent ydiote et illiterati
admirabantur cognoscentes eos quia cum ihesu
viderant eos et quia presens cum eis erat quem
sanaverant, non poterant contradicere.
Nota quod aliam habemus hic ethymologiam
huius nominis ydiota, quod dividitur ab divus, et
ydi divisio, ota divus interpretatur. Quam ab ysidoro
ysidorus ydiota dicitur. Quod dicitur
quasi divus ab intellectu et fatuus et ethymologia
quod hic ponitur ydiota ab ydiomate.
Dicitur igitur ydiote qui contenti sunt
solo ydiomate lingue sue, ydioma lingue
hebree satis noverant et nil aliud.
Iusserunt autem eos foras extra concilium secedere.
Et conferebant ad invicem. Quid
faciemus de hominibus istis? Manifestum est
miraculum quod fecerunt. Negare non possumus.
Sed ne amplius divulgetur, comminemur eis ne
ultra ulli hominum loquantur in hoc nomine. Et
vocantes eos denunciaverunt ne omnino loquerentur
neque docerent in nomine ihesu. Ad quos
petrus et iohannes. Vos ipsi iudicate an potius
obediendum sit deo precipienti an vobis prohibentibus.
q. d. Erratis prohibentes quod deus
precipit. Nec estis audiendi in hoc, ubi
superior precipit et inferior contradicit,
non est audiendus inferior. Non possumus
que vidimus et audivimus non loqui. At illi
comminantes dimiserunt eos non invenientes

manus mitte super ipsum. Dimissi autem venerunt
ad suos in syon. Et annunciaverunt quanta eis principes
sacerdotum et seniores dixissent. Et qui eis videbant.
Qui cum audissent unanimiter levaverunt
vocem ad deum dicentes. Domine qui fecisti celum
et terram mare et omnia que in eis sunt et in spiritu
sancto per os david pueri tui dixisti. Quare fremuerunt
gentes et populi meditati sunt inania. Convenerunt in
civitate ista adversus puerum tuum ihesum quem
misisti herodes et pylatus cum gentibus et populis
fecerunt manus tua et consilium tuum decreverunt
fieri. Nunc autem domine respice in minas eorum
et da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum
tuum. Nota quod deus hoc verbo solet frequenter opponi.
Convenerunt herodes et pylatus facere que manus
et consilium dei decreverunt fieri. Et ad hoc duobus
modis facere fieri. Quia vera ipsi convenerunt ad eandem
ad eandem passionem aliam actionem. Deus decrevit illam
passionem, quia passio illa erat bona, actio
erat prava. Et cum orassent motus est locus
in quo congregati erant et repleti sunt omnes
spiritu sancto et repleti sunt omnes et loquebantur
verbum dei cum fiducia. De mutua
caritate inter apostolos

Multitudinis autem credencium erat cor unum et anima
una. Nec quisquam eorum que possidebat aliquid esse
suum dicebat, sed erant illis omnia communia. Et gracia
magna erat in illis omnibus. Neque enim quisquam egens
erat inter illos. Quotquot autem erant possessores
domorum aut agrorum vendebant
et ponebant precia ante pedes apostolorum. Dividebant
autem singulis prout cuique opus erat.
Iste ioseph qui cognominabatur ab apostolis barnabas
quod est interpretatum filius consolacionis levites
cyprius genere cum haberet agrum vendidit illum
et posuit precium ante pedes apostolorum. Sed cum
dixisset levites ne videtur non habere propriam
quia levite non habebant hereditatem in terra
additum est cyprius genere ut ostenderet natum
in dispersione et inter gentiles et ideo licebat
ei proprium habere. Et est adhuc verbo bede super
hunc locum. Et tenendum hunc esse socium pauli,
non illum qui cum mathya statuitur, quem sortem cadere
super mathyam quidam arbitrantur ut dicit beda
mirum invenies quod hic barnabas ille barsabas
appellabatur. Hic filius consolacionis
ille filius quietis interpretatur. Unde lucas
nominis interpretacione sciens addidit ut huius
ad illum differenciam insinuaret
De morte ananye

.v.
Erat autem quidam nomine ananyas qui uo-
luit esse in collegio fratrum cum saphy-
ra uxore sua ut haberet necessaria iute
sine labore et ita lucrative uoluit acquirere sibi
prebendam. et cum uouisset totum precium agri uen-
diti ponere ante pedes apostolorum non soluere uo-
tum defraudauit de precio agri conscia uxore sua et
mediam partem reseruauit reliquam ante pedes a-
postolorum posuit. Qui statim per iudicium petri spiritu
ait. Ananya cur temptauit sathanas cor tuum
mentiri te spiritui sancto. Cum fraudasti de precio agri.
Non es mentitus hominibus sed deo qui scrutatur corda et pro-
dit omnes qui locuntur in dolo. Audiens autem
hoc uerba ananyas. cecidit et expirauit. Unde
notandum quod licet moyses dixit qui te percusserit in
maxillam prebe ei et alteram. tamen ipsum interfecit
qui exemplum uindicandi. Quia enim promulgant leges
solent aliquas sanciendas et uiuere et iudicare quem-
cumque. ut rigore promulgate legis firmaret se-
ueritas uindicte. Unde transgressor legis uiolator sabbati
pro collectione lignorum in sabbato lapidabatur.
hoc. Similiter sacerdos duo filii aaron. scilicet na-
dab et abiu. igne consumpti sunt. pro allato ig-
ne alieno. sic ananyas de fraude de precio
agri corruit et expirauit. pro terrore aliis in
ciaciendo. quia tam uelox uindicta magnum
terrorem aliis incussit. Factus est enim timor magnus
omnis qui audierunt. et est anticipatio. quia
solius uiri mortem ante uxoris genitum paucam
audierunt. Surgentes autem iuuenes amo-
uerunt cadauer et sepelierunt. Et factum est
quasi horarum iii spacium et uxor eius nesciens in-
trauit. Ad quam petrus. Dic mihi si tanti agrum
uendidistis. At illa. Etiam tanti. Ad
quam petrus. Quid utique conuenit uobis temptare
spiritum domini. Ecce pedes eorum qui sepelierunt
uirum tuum stant ad ostium et efferent te. Ac
si diceret uerbo predicit mortem. Qui
enim sepelitur mortuus est. Confestim cor-
ruit ante pedes eius et expirauit quia fuit
particeps fraudis. Et intrantes iuuenes
qui stabant ante ostium inuenerunt eam mortuam
et asportantes et sepelierunt ad uirum suum. Et
iuxta uirum suum. Fuit enim consuetudo hebreorum ut u-
xores sepelirent iuxta uiros suos. ut coniuncto
nem carnis coniunctio sequeretur pulueris. et quia
mulier subiecta est. de corpore uiri. **De signis
quae fiebant ab apostolis**
Per manus autem apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe.
Et erant omnes unanimiter in porticu
salomonis. Ceterorum autem infidelium audebat se fide
coniungere eis. quia territi erant ex ananye. Et
augebatur in dies credentium multitudo et pone-
bant in plateis infirmos in
lectulis et grabatis ut ueniente
petro uel umbra illius corporis obum-
braret liberarentur ab infirmitatibus
suis quod petrus priuilegiatus
erat miraculis et maiora
legitur fecisse quam christus. Et uide-
re quod ante dominum grabatum lectulum
paruum in quibus nil corporis
supponitur. sed tantum substernitur
capiti substramentum. **Lectus quidam est quem scirpi
grabbatum proprie. Et dicitur
ut sathyn. et sic di-
citur debet dici me-
dia correpta. Alii
dicunt grabatum grece
natum. et mutatum
in uerbum. et sic debet
produci quod uenustius est.**
Exurgens autem princeps
sacerdotum et phariseorum repleti sunt zelo et iece-
runt manus in apostolos et posuerunt eos in custo-
dia publica. id est in carcerem. Non quod cum super dom-
sit pontifex princeps sacerdotum. hic dicitur singulis quia
forte unus eorum mortuus erat. scilicet anas. Ui-
de quod saducei dicti sunt. quidam dicunt quod a sa-
dech quod interpretatur iustus. Unde melchisedech qui
rex iusticie interpretabatur. id est rex iusticie cum
essent iniusti. uel dicti sunt saducei a sadoch sa-
cerdote a quo transtulit salomon sacerdotium ad abyathar
quia gloriabatur de genere eius esse. Isti consen-
ciebant principibus sacerdotum in persecutione a-
postolorum. quia predicabat iesum quem ipsi nega-
bant **Quomodo per angelum liberati sunt**
Angelus autem domini per noctem aperiens ianuas
carceris et educens eos dixit. Ite et sto-
antes in templo plebi omnia uerba
uite eius huius. scilicet uite eterne quod adeo tunc fuit
necessarium. quia iam famosa erat secta nazareno-
rum. Non autem intelligendum angelum aperuisse
ianuas carceris. sed hoc dicitur aperiens sic ac-
cipiendum est. ac si diceretur. cum eos educeret ac
si ianue essent aperte. Credendum est enim uerum
quod tradunt sancti clausis ianuis eductos esse
de carcere. quia adeo confirmacionem fecit. Ita
quidem hesitauit thomas. christum intrasse et
ostiis ianuis clausis ad discipulos intrasse
cum se ipsum uideat clausis ianuis conductum
esse de carcere. Iudei autem dicunt corpus christi furto
sublatum esse de monumento qui furto dicunt et
apostolos de clauso carcere eductos. Qui accep-
to dicto apostoli intrauerunt diluculo in templum
et docebant plebem. quia preceperat angelus
ut predicarent in templo. scilicet in loco celebriori et a
maioribus turbis frequentato. **Quod non
obstupuerunt alii eductis**

Adveniens autem princeps sacerdotum et qui
cum eo erant convocaverunt concilium ut
deliberarent quid faciendum esset de eis. Ad hoc
enim missi fuerant in carcerem ut traherent
ad iudicium. Et miserunt ad carcerem ut adduce-
rentur. Cumque reversi essent ministri renuntiaverunt
eis sicut invenerant dicentes. Carcerem inve-
nimus clausum cum omni diligentia et stantes ad
ianuam custodes, aperientes autem neminem in-
venimus. Ut autem audierunt hos sermones
templi magistratus templi et principes sacerdotum, id est poten-
tiores et sapientiores, ambigebant quidnam hoc
factum esset. Et ecce quidam adveniens dixit eis:
Viri quos in carcere posuistis stant in templo
et docent populum.

Tunc abiit magistratus cum ministris, id est prin-
ceps sacerdotum et est magistratus singularis
numeri, et eodem modo in precedenti supra exponitur,
et adduxit eos sine vi, quia non fuit ausus
in facie eius violentiam propter populum qui favebat
eis. Et statuerunt eos in concilio. Et interrogavit
princeps sacerdotum: Precipiendo precepimus vobis
auctoritate pontificali ne doceretis in nomine
isto, scilicet in nomine Christi. Et ecce replestis Ierusalem
doctrina vestra. Et vultis introducere super
nos sanguinem hominis huius, id est sanguinis vindictam,
q.d. Et vultis arguere nos quasi reos sangui-
nis innocentis predicando eum esse innocentem
quem condempnavimus. Et responderunt omnes apostoli
unanimiter dicentes, et ex fervore et zelo respi-
cientes unum pro omnibus loquens: Oportet obedire
deo magis quam hominibus in veritate. Deus patrum
nostrorum suscitavit Ihesum quem vos interemistis
suspendentes in ligno, et exaltavit illum ad
dexteram suam, et nos testes sumus horum ver-
borum, et spiritus sanctus quem dedit non solum nobis sed omnibus
obedientibus sibi. Inquit ad primas eorum provo-
cavit ac si diceret: eadem nobis si vultis obe-
dire. Hoc audientes dissecabantur cordi-
bus suis. De consilio gamalyelis

Tunc surgens in concilio quidam phariseus
nomine gamalyel, legis doctor hono-
rabilis universe plebi, precepit ut ad
breve tempus removerentur. Iste gamalyel ut di-
cit clemens in epistola quidam fuit discipulus a-
postolorum sicut et nychodemus, et de consilio apostolorum in-
ter iudeos fuit ut sepe mitigaret iram eorum ad-
versus eos. Locutus est eis gamalyel in concilio
tunc modo: Viri israhelite attendite vobis quid factu-
ri estis super hominibus istis. q.d. Non debetis subito

iudicare sed expectare. Quia si opus eorum tan-
tum opus hominum esset, per se destruetur. Si autem est opus dei non pote-
ritis, immo potius destruemini. Et respondit exemplo duorum,
scilicet Theode et Iude galilei. Theodas magus
ut tradit Josephus, dicebat se esse prophetam. Ad cuius
persuasionem multi venditis omnibus suis et relic-
tis ab urbe facultatibus ad ripam iordanis
venerunt, et promisit se siccum pertransiturum ut
divideretur iordanis et transirent sicco pede sicut
transierant filii israel. Et cum expectarent illo
tridio sequentes preses presidis Syrie cum mul-
titudine equitum multos ex eis occidit et caput
ipsi theode Romam reportavit. Ad aliud exemplum de eodem

Post hunc extitit iudas
galylee in diebus profes-
sionis, id est descriptionis generalis ab au-
gusto facte, qua unusquisque solvens censum
capitis sui profitebatur se subditum roma-
no imperio. Iste iudas galylee fuit eiusdem
gente, et ut dicit Josephus persuadebat iudeis ut
negarent tributum romanis, asserens eos
qui primicias et decimas deo solvebant non
debere solvere tributum hominibus. Et placuit eis
hec doctrina in tantum ut pharisei quererent ab ipso
domino an solvendum esset tributum cesari. Et
non solum ipse et qui ei consenserant.
Consenserunt ergo exhortationi gamalyel
et convocatos apostolos flagellaverunt et fla-
gellatos dimiserunt prohibentes sub commina-
tione mortis ne amplius loquerentur in nomine
Christi. Et ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii etc. Ecce
quantum robur fidei in eis iam erat. Quod ubi
prohibiti potant non flagellati esse, id est non destiterunt
primo prohibiti verbis, non flagellis cesi.

In diebus illis. De murmure inter iudeos · vi ·
crescente numero discipulorum, id est filiorum, qui eo
tempore dicebantur discipuli, factum est murmur
grecorum, id est advenarum gentilium in civitate
conversantium, vel iudeorum qui fuerant inter
grecos nutriti in dispersione natali adversus
hebreos eo quod despicerentur vidue eorum in mi-
nisterio cottidiano. Quia vidue hebreorum e-
rant magis frequentes et ideo aliis preferebantur in
dispensatione ministrationis cottidiane. Et
potest intelligi etiam murmuris duplex: vel quod
vidue grecorum in cottidiano ministerio
non admittebantur, vel quod in cottidiano
ministerio nimis gravabantur. Vere
faciebant eas ... in ... a
ministrare. Videntes autem apostoli ea murmur...

murmuratio orta est in ministratione viduarum, quarum
iam non erat ministerium, quia non poterant ad hoc
sufficere ut singulis distribuerent. Multitudinem
convocantes dixerunt: Non est equum nos derelinquere
verbum dei et ministrare mensis. Considerate ergo fratres
ex vobis viros boni testimonii septem plenos
spiritu sancto et sapientia, quos constituamus super hoc opus,
ut ipsi ministrent vel potius ministris. Nos vero
orationi et predicationi vacabimus. Et placuit sermo
multitudini, et elegerunt septem: Stephanum scilicet et Phi-
lippum et Prochorum et Nicanorem et Thymonem
et Parmenam et Nicholaum advenam Antiochenum,
qui solus dicitur advena, vel quia solus erat
advena, vel quia notabilis erat futurus. Di-
citur advena, id est alienus. Hos statuerunt illi qui elege-
rant ante conspectum apostolorum. Et orantes apostoli
imposuerunt eis manus. Hoc in loco habetur in ecclesia
archidiaconorum specialis institutio, ut pro tempore providerent
negociatores, ut episcopi liberi vacarent doctrine et
orationi. Sed episcopi nostri temporis qui deprehenderant
archidiaconos inhiare administrationi, min[illegible]
quidam quandam cautelam dant ex-
emplum huic administrationi. Et vide quod quia apostoli
orantes leguntur manus eis imposuisse, ideo in eo-
rum ordinationibus fiunt orationes hee, et ante
in quibusdam ecclesiis manus imponuntur dyaco-
nis in ordinatione. Quod autem eis manus non impo-
nunt, sic habetur auctoritate Bede. Quod autem dictum est
orantes imposuerunt eis manus, dicit intel-
ligendum esse, quia eosdem presbyteros admi-
nistros sacri altaris ordinaverunt, et dominici corporis
et sanguinis, et tunc eis manus imposuerunt. Unde
et sacerdotibus cum ordinantur manus imponuntur.
Verbum domini crescebat et multiplicabatur numerus
discipulorum in Ierusalem valde. Multa etiam turba sacerdotum
obediebat fidei. De commendatione Stephani

Et Stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat signa etc. Sur-
rexerunt autem quidam de synagoga Liber-
tinorum, a regione sic dictorum, vel libertinorum,
id est manumissorum, qui cum prius fuissent servi, postea
fuerant libertate donati, et sic de filiis eo-
rum dicitur fuerunt, qui primo fidem susceperunt,
et Cyrenensium a Cyrene civitate, et eorum qui
erant a Cylicia et Asia minori, qui et fuerunt
disputantes cum Stephano. Et non poterant re-
sistere etc. Tunc submiserunt duos falsos testes
qui scilicet testificarentur eum dixisse blasphemias
in deum et Moysen, et commoverunt plebem et seni-
ores et scribas, et eum duxerunt ad con-
cilium. Et surrexerunt duo falsi testes et

dixerunt: Homo iste non cessat loqui adversus sanctum locum
et Moysen, quod dicit: Destruet templum et legem. Audivimus
enim eum dicentem quia Ihesus Nazarenus destruet locum
istum et mutabit traditiones quas tradidit nobis
Moyses. Et omnes qui intuebantur eum, sedentes in concilio,
videbant faciem eius tamquam faciem angeli. Et dixit
ad eum princeps sacerdotum: Si hec ita se habent? Qui
tunc aggressus est beatus Stephanus facere grandem sermonem.
Et quia arguebatur de blasphemiis in deum et in Moy-
sen, premittit in principio sermonis commendationem dei di-
cens: Deum qui locutus est patribus nostris et prophetis esse
deum maiestatis et glorie. Et statim descendit
ad commendationem Moysi, inchoans ab alciori, scilicet a
commendatione patrum, a quibus descendit Moyses. In-
choat itaque ab Abraham, qui egressus est de
Chaldea venit in Mesopotamiam, et inde in Carram,
et inde in Iudeam. ·vij·

Viri fratres et patres audite. Deus
glorie apparuit patri nostro Abrahe cum esset
in Mesopotamia, priusquam moraretur in Carram,
et dixit ad eum: Exi de terra tua etc. Et tamen ad-
ditur in Genesi scilicet: de domo patris tui. Sed a Ste-
phano permittitur quia specialiter loquebatur. Ideo hy-
storiam breviter tangit, vel Christo quod notatum. Sed
iste obloquitur libro Geneseos, ubi videtur quod
post mortem patris scilicet Thare dictum fuerit hoc
Abrahe. Unde constat quod mortuus est in Carram,
et filii eius cum eo habitaverunt, et ita dictum est
in Carram. Dicitur ei quod hic dicitur, postquam mortuus est,
terram ponit ei ubique dici. Vel ita dicitur:
dixit ad illum supple postea in Carram. Sed sive in
Mesopotamia sive in Carram sive ubique dictum sit,
quidem dictum est ei: Exi de terra tua. Augustinus: vel exie-
rat de Chaldea, utique sed adhuc ubi tene-
batur spe et desiderio redeundi. Precepit
ergo ei ut exiret inde, quoniam exierat
corpore, vel predicta quia Mesopotamia et Carram
in Chaldea sunt, et ita de Chaldea egressus,
id est de quadam parte Chaldee, venit in Meso-
potamiam, in aliam scilicet partem Chaldee, et non venit
in Carram, quia adhuc erat in Mesopotamia. Tunc
exiit de terra Chaldeorum et de Mesopotamia,
quia ad hoc quod intelligitur bis dictum, et venit
postea in Carram, et inde sic de Carra post
mortem patris eius transtulit eum deus in ter-
ram istam in qua vos habitatis. Vel exiit
de terra Chaldeorum mente, et in Carram demum
scilicet post corpore, illius voluntatis post mor-
tem patris consummatus est. Inde terram istam
vel sic intelligatur dictum tamen in terram plane

leg. secundum litteram translat. Et inde quod in hebreo dicitur
de hur chaldeorum id est de igne chaldeorum. Chaldei enim
ignem adorabant et per ignem transducunt parvulos suos
sicut nos transimus per aquam baptismi. Et tradunt hebrei
quod quia thare et filii eius cum essent in chaldea nole-
bant adorare ignem proiecti sunt a chaldeis in
ignem et combustus est aram. Sed abraham. Abraham
vero a domino liberatus est. Unde ei sepe dictum est a domino
Ego sum deus qui eduxi te de hur chaldeorum.

Postquam liberatus **prosequitur narracionem**
est cum patre suo thare et nachor fratre
et loth nepote et tota familia venit
in aram. Et inde post mortem patris sui in terram
hanc. Nachor frater eius venit in iudeam. Et non
dedit ei hereditatem in ea nec passum pedis
id est nec minimam partem. Et non possedit vel non tenuit
emptionis. Speluncam enim et agrum non hereditate
possedit sed precio emit ab effron filio seor
etheo. Sed repromisit illam dare in hereditate
semini eius post ipsum cum non haberet filium dicens
Erit semen tuum accola id est peregrinum in terra
aliena ccccxxx annis. Et in ipso huius
temporis spacio servituti eos servituri et male trac-
tabunt eos egypcii quia cxliiii fuerunt in
servitute pharaonis regis egypti. Et gentem
cui servierint ego iudicabo dicit deus. Et post
hec exibunt et servient mihi in loco isto. Sic
ordinata construccione littere nil scrupuli sur-
git. Quia hos quadringentos annos et xxx com-
putat rabanus a die qua facta est hec promissio
abrahe usque ad egressum de egypto. A
tempore namque promissionis facte abrahe usque
ad ingressum iacob in egyptum fluxerunt
anni ccxv et ab ingressu usque ad egressum
totidem. Sic rabanus est consonare videtur apostolo
dicenti quod post ccccxxx annos data est lex. **Quo-
modo computantur ccccxxx anni**

Beda et augustinus quod dictum est in ysaac voca-
bitur tibi semen ad hereditatem huic verbo
computant ccccxxx annos a nativitate
ysaac usque ad mortem duorum regum scilicet seon re-
gis amorreorum et og regis basan. ¶ Prosequitur
ex inde breviter stephanus hystoriam et dedit illi te-
stamentum circumcisionis et genuit ysaac et circumci-
dit eum viii die et ysaac genuit iacob et ia-
cob xii patriarchas et patriarche emulantes
ioseph vendiderunt in egyptum id est negociato-
ribus qui transtulerunt eum in egyptum quia [illegible]
[illegible] et erat deus cum eo et eripuit eum ex omnibus
tribulacionibus eius et dedit ei sapientiam et graciam
in conspectu pharaonis regis egypti et constituit eum
prepositum super egyptum et super omnem domum suam. Postea
facta est fames magna in universa terra. Et cum au-
disset iacob frumentum esse in egypto primo misit
filios. Postea ipse descendit et venit cum lxx-
v animabus in egyptum. Vicat (?) hic secundum librum genesis
quod erant lxx anime tantum. Et si computentur
ipsi iacob et ioseph cum duobus filiis non sunt
nisi lxx. Lucas addidit v participando com-
putans nepotes ioseph secundum editionem lxx
interpretum que magis erat autentica. Quia si sequeretur
forte minus crederetur ei et opus eius suspectum haberetur.
Et defunctus est ipse iacob in egypto et patres
nostri scilicet xii patriarche translati sunt in sichem.
Hoc de solo ioseph quia filii israel adhuc portantes
ossa eius de egypto transtulerunt quod in iosue
legitur et sepulta sunt in sichem. Aliorum vero
quod corpora dicuntur translata sunt in sichem c-
redendum est. **Opinio bede de eodem**

Audi beda stephano credendum est. Fortasse (?)
quia in hystoria paule dicit eam vidisse
per sichem et invenisse sepulcra xii patriarcharum
primo esse translata sunt in sichem. Et inde postea
posita sunt in sepulcro quod emit abraham pre-
cio argenti a filiis emor filii sichem in spe-
lunca scilicet duplici quam emit [illegible] ab effron
filio seor ethei scilicet in abrahamio ubi sepultus
est adam cum eva abraham cum sara ysaac
cum rebecca et iacob cum lya. Sed quod dictum est in se-
pulcro quod emit abraham a filiis emor filii
sichem cum constet abraham emisse se-
pulcrum ab effron etheo [illegible] sic construitur
secundum litteram translati sunt in sichem. Sichem
dico empta a filiis emor filii sichem [illegible]
Sed quod dicitur emor filii sichem et constet
sichem fuisse filium emor [illegible] quod fue-
runt duo sichem quorum alter dicitur a luca pater
emor alter ingenitus (?) dicitur filius eius. Vel ita
ordinata constructio ut intelligas [illegible] ser-
monis et sine hoc [illegible] a filiis sichem filii
emor. Et ita hic locus congruit libro gene-
sis ut et omnis excludatur dubietas. Ita
construatur littera. Translati sunt in sichem. Sichem
dico emptum ab iacob scilicet a filiis sichem filii
emor. Ab hoc dicitur villam sichem quam
emit iacob non abraham. Et inde postea positi
sunt in sepulcro quod emit abraham ab ef-
fron etheo scilicet in abrahamio. **Redit stephanus**

Postea redit **ad ordinem hystorie**
stephanus ad ordinem hystorie quod quando

dispersus fuerat et comminatus est ei quod deinde et hec exibunt et servient michi in loco isto. Cum autem appropinquaret tempus repromissionis crevit populus et multiplicatus est in egypto quo adusque surrexit alius rex in egypto ignorans beneficia ioseph, id est immemor beneficiorum eius. Hic affligit patres nostros sapienter necans parvulos. natus est moyses et fuit gratus deo. Ecce quod descendit ad commendationem moysi quia arguebant blasphemasse eum. Cum autem nutritus esset tribus mensibus in domo patris sui expositus est in flumine et sustulit eum filia pharaonis que venerat ad flumen ut lavaret et enutrivit eum sibi in filium. Et eruditus est moyses omni sapientia egyptiorum et erat potens verbis et operibus suis eloquens et fortis. Cum autem esset xl annorum visitavit fratres suos filios israel in terra yessen et occidit egyptium rixantem cum hebreo. putabat fratres intelligere quoniam ipse intelligebat in spiritu quod per manum eius deus filios israel de manu egyptiorum esset liberaturus. At illi non intellexerunt. Et cum sequenti die vellet reconciliare duos hebreos rixantes qui iniuriam faciebat alteri repulit eum dicens. Quis te constituit iudicem super nos? Audito autem moyses fugit in terram madian ubi de sephora filia sacerdotis madian quam duxit genuit duos filios. Expletis autem annis quadraginta apparuit illi deus in deserto montis synai cum minaret gregem ad interiora deserti in rubo. Et facta est vox dei ad eum dicens. Ego sum deus patrum tuorum. et tremefactus est moyses. Dixit autem illi deus. Solve calciamentum tuum de pedibus tuis. locus enim in quo stas terra sancta est. videns vidi afflictionem populi mei qui est in egypto et gemitum eorum audivi et descendi liberare eos. Et nunc veni ut mittam te in egyptum. Hunc moysen quem negaverunt dicentes quis te constituit principem super nos. misit deus principem et redemptorem eorum esse de servitute egypti cum manu id est ope vel auxilio angeli qui apparuit in rubo. hic eduxit eos faciens prodigia et signa in terra egypti et in mari rubro et in deserto annis xl. Hic est moyses qui dixit filiis israel. prophetam suscitabit deus vester vobis de fratribus vestris tamquam me audietis. Hic est qui fuit in ecclesia id est in congregatione populi israel in solitudine synai cum angelo qui loquebatur ei in monte et cum patribus vestris qui accepit verba vite dare vobis cui noluerunt patres vestri obedire sed repulerunt eum et aversi sunt cordibus suis in egyptum dicentes ad aaron. fac nobis deos qui precedant nos. et fecerunt vitulum et hostias ei obtulerunt. Con-

mendat tabernaculum ne videatur despicere locum sanctum

Postea quia dicebant eum despicere locum sanctum subdit de commendatione tabernaculi quod dicitur tabernaculum testimonii id est quia in eo erat archa testimonii, vel quia ante fores tabernaculi cause sub testimonio diffiniebantur. Tabernaculum inquit testimonii fuit cum patribus vestris in deserto sicut disposuit deus loquens ad moysen ut faceret illud secundum formam quam viderat in monte. quod habuerunt patres vestri usque in diebus david. In diebus autem salomonis templum tabernaculo successit. Postea incepit eos arguere pro purgatione se a crimine quod a falsis testibus obiectum est et inquit. Dura cervice et incircumcisis cordibus et auribus vos semper spiritui sancto resistitis sicut et patres vestri. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri. Hoc audientes dissecabantur cordibus suis et stridebant dentibus in eum. Quomodo lapidaverunt stephanum

Cum autem esset stephanus plenus spiritu sancto intendens in celum vidit gloriam dei et iesum stantem a dextris virtutis dei in humana forma. Et stans apparuit ei cum [illegible] ne timeret lapidandus. eo enim ipso quod stabat se paratum esse subvenire monstrabat. quia stare pugnantis est vel adiuvantis. Ecce video celos apertos et filium hominis stantem a dextris dei. Tunc exclamantes voce magna clauserunt aures suas quasi abhorrentes audire blasphemiam et impetum fecerunt unanimiter in eum. Et eicientes eum extra civitatem lapidabant. in hoc pro lege se agere estimantes quia per legem blasphemus educebatur extra castra et lapidabatur ab universo populo. Et testes duo scilicet illi qui primi per legem tenebantur lapides proicere, quia in lege dictum est de blasphemo prima manus testium eum lapidabit. deposuerunt vestimenta sua ne inquinarent tactu illius vel [illegible] iuxta pedes adolescentis qui vocabatur saulus. postea vocatus est paulus. Cum teste beda in hoc deus misericorditer providit quod non manus eius sanguine innocentis polluta. quamvis lapidantium vestimenta servavit et consensit eis. [illegible] tamquam dignum morte putavit. [illegible] eum per gratiam prius inspiraret. Lapidabant stephanum invocantem et dicentem. Domine iesu suscipe spiritum meum. Positis autem genibus clamavit voce magna dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum quia nesciunt [illegible] occidendo. estimabant se implere legem [illegible] quod deo [illegible]. Et cum hoc dixisset obdormivit in domino. Facta est autem persecutio magna in ecclesia que erat ierosolimis. quia occiso beato stephano uno de principibus esse et q- viii

pmicio .vii. dyaconorum cepit alios persequi. fuit
in tm q omnes discipli pter aplos qui ut pastores
gregis certi erant ptimeciores dispsi sunt
p regionem iudee et samarie fugientes a fa
cie psecutoris uix q pcepat ds. Si uos pse
cuti fuerint in una ciuitate fugite in aliam
Curauerunt aut stephanum uiri timorati .i. uiri
more tue diligentem curam adhibuerunt sepl
ture .i. fecerunt p. m. s. e. Tunc apli pudentes
q ad gentes pmo certe tnsituri et iudeos
fideles q erant multi remansuri ordinauerunt
iacobum alphei epm iherosolimorum et posuerunt eum *Pro*
manus petrus et iacobus et iohes. Ideo aut non a
duobus qua a tribus epis epc hodie psecratur.

De prima psecucione pauli

Saulus uero
deuastabat eccam dissturres domos
trahens uiros et mulieres et detrudes
in carcerem. neiuhe tamen occidebat dno custo
diente manus eius ne sanguine innocentum pollue
rentur. Qui ergo dispsi fuerant ptnsibat delo
co ad locum ewangelizantes ubum dei. homini
quia dispsi pstantes in pdicacione ewan
gelij. philippus aut dyaconus pst a stepho de
fedit tamen cuitate samarie pdicabat illi xpm
Intendebant turbe unanimiter hiis que
a phylippo dicebantur uidentes miracula q fa
ciebat. quia multos demoniacos liberabat et
multos paralyticos sanabat et claudos eri
gebat. Erat aut symo magus. ibi seducens
gentem. cui assistebant omnes a minimo usque
ad maximum. qui magicis artibus mira facie
bat. unde dicebant ipm esse uirtutem dei mag
nam. estimantes eum xpm ut angelum. uel
dei filium. quia mentes eorum dementauerat .i. magi
cis artibus subuerterat. Cum autem crederent phylippo
ewangelizanti de regno dei in noie ihu
baptizabant uiri et mulieres. et symo si
mulauit se credere et baptizatus est. uidens enim
phylippum facere miracula talia et quanta ipe
facere non poterat nec ita facile putauit
ex quadam industria fieri. ideo ficte baptizatus est
ut familiaris adhereret et addisceret artem q
similia posset facere.

De peticione symonis magi

Cum aut audissent
apli qui erant ierusalem q recepisset samaria ubum dei
miserunt ad eos petrum et iohem.
Qui cum uenissent orauerunt pro ipsis. ut acciperent spm scm
nondum enim in quemquam illorum uenerat. sed baptizati
erant in noie dni ihu xpi. Tunc inponebant
manus sup illos. et accipiebant spm scm.

Quare inuisibilr descendat.
Constat .n. quia inuisibili-
spm scm acceperant cum bap-
tizati in noie dni i. xpi

ita q uisibili signo ostendebatur cum linguis omnium
loquerentur. Constat hunc fuisse phylippum dyaconum
non aplm. q cum uir exglosa sit martyrum. quia
man inposicione rogauit aplos. q pro ea res uiat
hodie solis eorum uicariis .i. epis. q man inponunt
et fronte liniunt in confirmacione ut detur spc scus
ad robur. Si .n. phylippus iste aplus esset statim
baptizatis manus inponeret. nec ad hoc alios
expectaret. Cum aut uidisset symo magus quod
ad inposicionem man aplorum daretur spc s. putans
ex quadam industria hoc fieri. et hoc posse
habere. optans obtulit eis pecunias dicens. Da
te mi hanc ptatem ut cuicumque man inposuero
accipiat spm s. et singulorum emere hanc ptatem
ad lucrum. Ad q petrus. pecunia tua sit tecum
in pdicionem. Quod pter sic distinguunt ne uideatur
inpcari pecunie. pecunia tua tecum sit. supple
dicens te in pdicionem. ul inpcando dicit. in p
dicione. pe. t. tecum sit .i. pecuniam tuam habeas
et pea penam eternam luas. Sed .n. cum sint
maledictiones pferunt non animo ulcionis. sed eius
tamen iusticie ineam pnunciant. Non est tibi pars
in sermone isto ut ad manuum eorum inposicio
nem spc s. Cor tuum .n. non rectum coram deo
pnia itaque age ab hac nequicia tua et roga
deum ut si forte remittatur tibi hec cogitacio cor
dis tui. In uelle .n. amaritudinis et obligacio
ne iniquitatis uideo te esse. Tacebat petrus
in spu cum pniam non acturum. sed ad hunc eum
exhortari erat ei officium. Symo a saeclis
se indignum adeo exaudiri noluit orare
sed ait aplis. precamini pro me ut nil ueniat
sr me horum que dixistis. Petrus aut et iohes
redibant ierusalem. et multis ciuitatibus
samaritanorum ewangelizabant.

De eunucho baptizato a phylippo

Angelus aut dni locutus est ad phylippum
dicens. Surge et uade contra meridiam
ad uiam que descendit ad urbem inga
zam .i. p gazam. Et est glosa sr ubum h
in gazam .i. inassiriam. et mirum uidetur q uia
ei potuit forte hoc est nouis inpositio. ul uia in
telligendus est. uade ad uiam que descendit
ab urbe ingazam .i. inassiriam. q. d. uade
ad uiam p quam ab urbe descenditur in assiriam
hec .s. gaza destructa est. Uetus autem gaza
que olim finium erat chananeorum iuxta egyp
tum destructa erat et loco eius constructa est
alia. Et surgens abijt. et ecce uir ethy
ops eunuchus potens erat in domo candace

cis regine q erat sup oms gazas ei. Erat
n. cuetudo eunuchoz custodire thesauros
potentu. Venerat adorare in ihrlm. ut et
dicitur i alijs historijs. p eu musat templo
mlta dona in ihrlm candaces regine ethy
opu. Et inde q oms regine ethyopum
dicebant candaces sicut romani i pato
res cesares dicebant. Il hebat regimen re
gno illa n afetis. Cumq reverteret ethyops
ille sedens sup currum et legens ysaiam p ha
z dixit philippus. Putasne intelligis q dicis? Q
ait. Et qm possum intelligere si n as onde
rit m? Et rogauit phylippu ut ascenderet
et sederet secu. Erat aut locus scripture que
legebat q dno pcurante sic legendi occur
rerat. eumq eius ad occasione ductus e
et sicut ag. ad. oc. sic silz voce sic no apu
os suu. Rndens eunuch phylippo dixit
Obsecro te ut dicas de q pphta hoc dixit de
se an de alio aliq? Apiens aut phylipp
os suu dixit. Et incipiens a scriptura hac e
de q querebat eunuch ewangelizauit illum
ihm. Et du irent p via venerunt ad quanda aqua
Et ait eunuch. Ecce aq. qs phibz me bap
tizari? At ille. Si credis ex toto corde lic
e baptizari. Ad que ille. Credo ihm ee filiu
dei. Et inde lz in spu videt phylipp fidem eu
nuchi voluit tamen ab eo exorere cofessio
ne manifestam. Poterat aut eu sbito baptiza
re ut daret exemplu baptizantibz et baptiza
dis interrogandi et confitendi. Vn hodie e
qdam dilacone et pbacione scrutiniorz cele
brat sollempne bapm in sabbo sco paschali
q e capite scrutiniu i media ebdomada apd die
qua cantat dum sanctificatus fuo et c. Tunc
iussit stare currum et descenderunt ambo de
~~de curru~~ curru et baptizauit eunuchu
phylipp. Et cu ascendisset de aq spc dni
rapuit phylippu et ampli no vidit eum
eunuch. Sz ibat p via sua gaudens. Phy
lipp aut inuent e in azoto et ptransiens e
wangelizabat cunctis ciuitatibz donec ven
ret cesaream in q ciuitate dom huisse le
gitur e usq hodie apparent vestigia et i
no et cubiculum iiij filiaz ei virginu pro
phetissaz. Nunc redit hystoria. ad ordine
suu psequens de paulo et innuat q sup
dictu e. Saul deuastabat. Q. n. dom e
de phylippo et de cofusione eunuchi quasi
si incidentis fuit. De exhortacione Pauli

S | Saulus adhuc spirans minaz et ce
dis i discipulos dni. i. adhuc cotu
max et mas cospirans et ad cede
eoz aspirans. accessit ad pncipe sacerdo
tu zelo furoris cu pcurante et peciit ab eo
lras ad singlas sinagogas iudeoz q erat
damasci. ut ei auctoritate si qs inuenirent dama
sci h uie uiros ac mlieres vinctos pduce
ret i ihrlm. Et cu iter faceret contigit ut ap
pinquaret damasco et sbito circufulsit eum
lux de celo. et cadens in terra audiuit vocem
dicente sibi. Saule saule. q me psequeris
i. i membris meis. Q ait. Quis es dne?
an de es an anglis? Ego inq sum ihc na
zarenus q tu psequeris. Durum e t c. i.
potencioz rebellare. Et tremens ac stu
pens ait. Dne q me vis facere? ac si di
ceret. volutate tua iudicet m q psto
sum obedire. Ad q dns. Surge et ingre
de ciuitate et dicet t q te oporteat fa
ce. Viri aut q comitabantur cu stabant stu
pefacti audientes qdam voce scilic pauli. nec
ei q loqbatur cu eo. neminem aut videntes
unde q ipse paul infra dicet. Q mecum
erant lumen qde viderunt. voce ei no audi
erunt q mecum loqbatur. Et surrexit de ter
ra. et apertis oculis nichil videbat. Factus
e cecus corpe q pri erat cecus mente. Ad
manu aut illu trahentes. manibz suis manus
ei tenentes et quasi cecu ducentes introdux
erunt eu damascu. Et erat ibi trib diebus
n videns neq manducans neq bibens. Inq tunc
credit apm i. didicisse eu. Vn gliatur
in epla ad galathas se no huisse hoie ma
gistru dicens. Neq ab hoie accepi illud neq
didici. sz p reuelacoem ihu xpi. Inponebat
.n. ei apscendo q doctus esset ab anania n
a spu sco. Vn vocabant eu apim ananye.
Nec te moueat si qn legat couersio ei fca
i pmo anno domice passionis qnq sco. alem
de anno usuali. alem de anno emergentia
dic. Si. n. coputes pmu annu dnice passi
onis a kls Januarij q e annus usual tunc
sco anno couersus e paul. Si aut coputes
ab ipo die passionis usq i sequente diem
passionis anno reuoluto q e annus emer
gens i pmo anno dnice passionis couersus e.
De ananya ex mandato dni Paulum | xv

Erat aut damasci. visitauit
discipls qdam. i. xrian noie ananyas

Nota

et dixit ad illum in visu dominus, id est in visione: Anania. At ille ait: Ecce ego domine, paratus sum obedire. Et dominus: Surge et vade in vicum qui vocatur rectus et quere in domo Iude Saulum nomine Tharsensem. Ecce enim orat. Forte nomen proprium hospitis sui erat Iudas. Vel forte erat de tribu Iude ut sit sensus in domo Iude, id est inter Iudeos qui erant de tribu illa. Vel in domo Iude, id est in vico Iudeorum. Vicus enim dicitur ambitus civitatis in quo vadunt, ut ipse dicantur vici vicini circa civitatis. Hoc tamen et sepe alibi aliter accipitur. Et timens Ananias venire ad Saulum quem audivit persecutorem christianorum, addidit dominus: Ecce enim orat, quasi diceret: Noli timere, quia factus est de Saulo Paulus, de lupo agnus. Et ego in revelatione eidem venient tuum, iam enim vidit te in spiritu introeuntem ad se et imponentem ei manus ut visum recipiat. Et ait Ananias: Domine, audivi a multis de viro hoc quanta mala fecit sanctis tuis in Ierusalem. Et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui invocant nomen tuum. Ad quem dominus: Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, id est vas electum, et fornace tribulationis probatum, ut portet nomen meum coram regibus et gentibus et filiis Israel. Et tu quidem baptizabis eum, sed non docebis. Ego enim solus docebo eum et ostendam ei quanta oporteat eum pati pro nomine meo, ut per multas tribulationes probetur vas electum, et mala que intulit sanctis paciatur cum sanctis. Abiit Ananias ad hospicium Pauli et introivit ad eum. Et imponens ei manum dixit: Saule frater, dominus Ihesus qui apparuit tibi in via qua veniebas misit me ad te ut videas corporeo et cordis oculo, et implearis spiritu sancto, id est ut spiritum sanctum plenius accipias. Iterum in baptismo et confestim ceciderunt ab oculis eius tamquam squame et visum recepit. Et surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibum confortatus est. Et fuit cum discipulis qui erant Damasci per dies aliquot. Et continuo ingressus synagogas predicavit dominum Ihesum quoniam hic est filius Dei. Stupebant autem omnes qui audiebant eum et dicebant: Nonne hic est qui expugnabat in Ierusalem eos qui invocabant nomen istud, et huc ad hoc venerat ut vinctos eos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autem magis convalescebat in fide et confundebat Iudeos qui erant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus.

Invidia Iudeorum in Paulum

Cum autem implerentur dies multi a baptismo Pauli, consilium fecerunt Iudei ut eum interficerent. Et credo quod dictum est cum implerentur dies multi propter videri hoc non fuisse factum in primo adventu Damasci, sed in secundo, quia forte transivit in Syriam et in Ciliciam et ibi predicavit multos convertens. Postea cum iterum venisset Damascum, quia magis suscitata venit contra eum invidia Iudeorum. In eo adventu Damasci statuerunt consilium ut eum occiderent, sed notificate sunt ei insidie Iudeorum. Et custodiebant portas civitatis die ac nocte ut eum dolo interficerent, non modo Iudei, sed et cives Damasci. Prepositus gentis Arethe regis ad peticionem Iudeorum, sicut ipse apostolus in epistola ad Galathas refert dicens: Damasci prepositus gentis Arethe regis etc. Discipuli autem eius in nocte dimiserunt eum in sporta per murum. Et vide quod in textu additum est eius, sed dictum est discipuli simpliciter, quia non habebat Paulus discipulos, sed omnes christiani tunc discipuli dicebantur, quia nondum inventum erat hoc nomen christiani. Elapsus autem Paulus e manibus Damascenorum venit in Ierusalem volens se iungere discipulis domini, scilicet apostolis, sed omnes timebant eum, credentes eum non esse discipulum. Tunc Barnabas Cyprius levites genere, qui ut dictum est precium agri vendidit et posuit ante pedes apostolorum, apprehensum illum duxit ad apostolos et narravit quomodo in via vidisset dominum et quia locutus est ei et quomodo fiducialiter egit in Damasco in nomine domini Ihesu. Duos autem apostolorum invenit tunc, ut ipse in epistola ad Galathas ostendit dicens, scilicet Petrum et Iacobum episcopum Ierosolimorum, cum quibus mansit xv diebus, sicut ipse in epistola ostendit dicens: Deinde post tres annos, scilicet a conversione mea, veni in Ierusalem videre Petrum et mansi apud eum xv diebus. Alium autem apostolorum vidi neminem nisi Iacobum fratrem domini. Et erat cum illis, scilicet Petro et Iacobo et aliis discipulis qui erant Ierusalem, intrans et exiens per v dies ergo. Deinde venit in partes Syrie et Cilicie et ibi loquebatur gentibus et disputabat cum grecis, id est cum Iudeis inter grecos dispersis. Hoc enim hystoria pro nimia sui brevitate confundit, quasi totum in Ierusalem factum sit. Textus enim precedit series hystorie: Et erat cum eis intrans et exiens in Ierusalem fiducialiter agens in nomine domini. Loquebatur autem gentibus et disputabat cum grecis. Illi autem, scilicet Iudei conversantes inter grecos cum quibus disputabat, voluerunt eum occidere. Quod cum cognovissent fratres, deduxerunt eum Cesaream civitatem Palestine et inde dimiserunt Tharsum.

que ꝫ ciuitas vnde ipse oriund̾ fuit. ꝑtea
redit hystoria ad petrum de actib' dul sorum
ap̄lorum agens q̄ i in iherusalem. **De paralitico habente annos viij.**

Fctum ē aut petrus
dum ꝑtransiendo discurreret venit liddam
inuenit aut̄ i hominem quēdam nōie eneam
paraliticum ab annis viij. ingrabato iacentē
Et ait illi petrus. Enea sanet te dn̄s ihc xp̄c. Sur
ge et sterne lectum. q̄ ꝑ te iā n̄ potest de lecto
surge. Et ꝯtinuo surrexit. Et viderunt
illum om̄s q̄ habitabant lidde et sarone. et con
uersi sunt ad dn̄m. Erat aut̄ in ioppe discipula
quedam xp̄iana .s. q̄ hebraice dr̄ thabita. grece
dorcas. latine damula. ꝑcapréa. si. mar
cum tn̄ hebraicum q̄ interpretatur thabita puella. vn̄
thabita cumi. q̄ interpretatur puella surge.
et ꝑ hoc dixisse sub nōis interpretacōes. Hec autē
erat plena opib' bonis et elemosinis quas fa
ciebat et ꝓpue in ꝓsuendis vestib' pau
perum multum laboris impendebat. Factum ē aut̄
in dieb' ill' in q̄b' petrus venit liddam ut infirma
ta moreretur. Cumq̄ lauissent corp' posuerunt
in superiori cenaculo. et cum lidda esset ꝓpe ioppen
discipuli audientes q̄ i esset petrus miserunt ad
eum duos viros dicentes. Ne pigriteris usq̄ ad nos
venire. et nō apparuit ei eam. Exurgens aut̄
petrus venit cum ill'. Et cum aduenisset duxerunt eum
ad cenaculum ubi iacebat thabyta mortua.
et circumsteterunt eum om̄s vidue flentes
et dicentes o. e. t. et v. q̄ faciebat ill' dorcas
ac vt opib' m̄ie ipsam opam reddisse intelli
gerent. Tunc petrus et sic petrum ad cōpassio
nē commouerent. Tunc petrus om̄s eiecit non
tamē opera ad factum q̄ vellet alios latere ut
q̄ magicas artes ut ꝓsilii demonum ad machi
nare. sꝫ magistri sui volens imitari q̄ filiā
archisinagogi suscitatur' om̄s de domo eie
cit paucis exceptis. vel forte q̄ nō nulli q̄
rante visione miraculi indigni. Eiectis om̄
foras facta genuum flexione orauit. Et con
uersus ad corp' dixit. Thabyta surge. At
illa a. o. et u. p. se. dansq̄ illi manum e. ea
Et conuocatis q̄ erant reddidit eis eam
viuam. Et notum factum ē hoc miraculum ꝑ uniuer
sam ioppen. et multi crediderunt in deum. Et
moratus ē petrus in ioppe multis diebus
apud simonem coriarium vel curtarium. vel
a corio. vel a curia. quia forte curialis
erat. vñ dicitur ē curiarius. vel q̄ ꝓbabat coria
vñ dicitur ē coriarius. **De commendatione**

Vir aut̄ quidam erat. **cornelij** ——— **.x.**
in cesarea nōie cornelius centurio cohortis
qui dicebatur ytalica. q̄ missa fuerat
a roma ciuitate q̄ ē in ytalia sicut dcā ē. q̄ ro
mani ꝓpatores mittebat milites suos ꝑ ciui
tates ad custodiendas municiones. et erat re
ligiosus. Ac timens deum. Religiosus sup̄ gradu
timoris timens infra gradum religionis. i.
pietatis. q̄ in gradualis ascensu donorum sp̄c
sancti gradus pietatis ē sup̄ gradum timoris. q̄ sic
timens deum infra gradus religionis ut in nōie reli
gionis intelligas sp̄m pietatis. Erat q̄
religiosus cum omni familia sua q̄ religiosa
erat et timorata faciens elemosinas multas ple
bi nō acceptor ꝑsonarum. Hic ē ēt q̄ i. hora. ix.
diei vidit visum manifeste. i. visione mani
festa nō ꝑ sompnium sꝫ ꝑ extasim angelum
dei intrantem ad se et dicentem ei. Corneli. At
ille intuens eum timore correptus ait. Quis
es dn̄e. Ad q̄ angelus. Oraciones tue et elemosi
ne tue ascenderunt in memoriam in conspectu dn̄i
et nunc mitte viros in ioppen et accersi simonem
quendam q̄ cognominatur petrus hic hospitatur
apud simonem quendam coriarium. cui domus iux
ta mare tyrrenum. q̄ ioppe ciuitas tunc temporis
sicut erat mari tyrreno ꝓxima. et in ipsius ori
entali littore sita. et ex parte littoris erat
dom' simonis coriarii hospitis petri. Hic in(?) q̄
dicet. t. q̄ te oporteat facere. Ecce cornelio
dictum ē ab angelo oraciones tue exaudite sꝫ
nō ꝓstat eum tunc fidē habuisse. q̄ in h' ꝓsonat
sꝫ q̄ in uno fidei venitur ad opa. et nō econuer
so. Fidē tn̄ credebant xp̄m incarnatum quia
de tēpe incertus erat ignorans an iam in
carnatus esset an adhuc incarnandus. nō tn̄
deerat ꝓbitas fidei ei. q̄ cum fide incarnacio
nis heiꝫ salua fide poterat ēē. quā tn̄ nul
los in ambiguo an iam venisset. an adhuc
incarne venturus esset. q̄ nō nullos fore pa
trum. tantum xp̄m natum ēē ꝑ q̄ natus ut simo
one usq̄ ad xl^{mum} diē natiuitatis. Non tn̄ pu
tandum ē eos fidem incarnacionis habuisse mi
nime. q̄ tēpe nō ē de articulo fidei. Imo cum
nō dum esset eis ꝑdicatum vel inspiratum q̄ iā
natus esset salua fide licuit eis ēē in ambi
guo. an ei iam nat' an adhuc nasciturus
esset. Cum discessisset angelus a cornelio
vocauit duos domesticos suos et militē
metuentē dn̄m q̄ ex domesticis nō ē dn̄m q̄
ꝓbabat familiā ei religiosam ēē et timo

turam · quib' cum narrasset singula misit eos
in ioppen ·

De visione petri ·

Postea autem die ic facientib' illis · et appropin-
quantib' civitati ioppe vel apparentib'
palam, iam ut iam possit videri de ho-
spicio petri · scilicet de domo symonis coriarii · ascen-
dit petrus in superiora cenaculo hospicii sui circa
horam · vi · ut in secreto oraret · et post orationem co-
mederet · quia tempus erat comedendi · et ipse per pauca
batur esuriens · Et parantib' prandium misit
cum ipse esset in oratione cecidit super eum extasis
quia deo operante passus est alienationem men-
tis ut non uteretur sensib' humanis · et sic
extasi vidit celum apertum · scilicet aerem · et de ae-
re apto descendens vas quoddam velud lintheum
magnum de celo · submitti interea · iiii · lineis
vel hayis [?] … · quatuor angulis · Dicit autem
… funiculi molles · quib' colligantur pueri
… de stupea materia vel de serico
ad opus nobilium · videbatur quod ei vas illud quasi
lintheum · iiii · lineis · iiii · cornib' alliga-
tis desuper dependens · et ita dimitti in terra et
in eo esse omnia genera animalium quadrupedia
serpencia terre · Et cum esuriret secundo vox
ad eum dicens · Surge petre · macta et man-
duca · ac si diceret ei in spiritu · Transi ad gen-
tes vorando eas … · et sic ecce incor-
pora · Absit inquit domine quia nunquam mandu-
cavi quod commune immundum · Et … iudei hebreorum
reputabant cibos immundos quib' communiter
utebantur gentes · … eos vocabant commu-
nes quasi immundos · Abhorruit enim petrus
… ei manducare · quia ostensa fuerunt ei
quadrupedia et serpentia secundum legem immunda quod
grave videbatur ei uti cibis in lege pro-
hibitis · et maxime timebat comprehensione
iudeorum si uteretur cibis gentilium · et ideo cum
ita abhorreret secundo vox iterum ad eum dicens
Quod deus purificavit tu commune ne dixeris · quod con-
stat ei spirituali deum fuisse de gentib' tam
in dei presciencia per fidem purificatis · De qua autem
purificatione instruxit petrum vox · prima
scilicet ad eum dicens · occide et manduca · Nam
cum ostensa fuissent ei serpentia terre constat non
ea non fuisse adeo purificata nec alie sic
iudeo sic gentili · ad comedendum munda ·
Hoc autem factum est ei ter · scilicet vas · semel iterato ·
et tercio intra remissum · et vox est audita · scilicet
… commendanda unitate visio-
nis vel fidei trinitatis · Nam ut dicit Ambrosius
in catechismo fit trina interrogatio · scilicet credis in pa-
trem … credis in filium … baptizari
Similiter trina mersio … in scapulis · in pecto-
re · In baptismo quod fit trina mersio · per trina
confessione receptum est vas in celum · Et dum intra
se cogitare cepisset petrus quid esset visio hec
ecce tres viri qui missi fuerant a cornelio
ingredientes domum symonis coriarii steterunt
ad ostium querentes si symo qui agnominatur petrus
hereret illic hospitium · Et cogitante petro
de visione dixit ei spiritus sanctus · Ecce tres
viri querunt te · causam tamen cur eum quererent eis
tacuit · quia postea ipse ab eis quesivit · et ad
commendandam humilitatem aliquam hic spiritus sanctus …
ex parte tangit · et ex parte non tangit · Surge igitur
et descende · et vade cum eis nichil hesitans
quia ego misi illos · Descendens autem petrus
ad eos dixit · Ecce ego sum quem queritis
Que causa est propter quam venistis · Qui dixerunt · Corne-
lius centurio vir religiosus et timens
deum · et testimonium habens ab omni gente iudeorum
responsum accepit a spiritu sancto ut accersiret te in domum
suam · et audiret verba vite a te · Et intro-
duxit eos in hospicium suum · et fuerunt
cum eo nocte illa · Sequenti autem die pro-
fectus est cum illis · et quidam fratres iudeis qui
eum comitati sunt ab ioppe ut ei testes
essent ·

Quomodo petrus venit ad centurionem vocatus

Altera autem die ca-
a egressu de ioppe intravit cesaream
cornelius vero expectabat illos convocatis
cognatis suis et amicis necessariis · Illi a
necessarii dicuntur quod non deserunt hominem in articulo
necessitatis · Et cum introisset petrus · obviam
occurrit ei cornelius · et procidens ante pe-
des eius oravit eum ipso gestu corporis ex-
primens devotionem mentis · Petrus vero elevavit
eum dicens · Surge · et ego ipse homo sum sicut et tu ·
Et cum illo ad cenaculum cognatis · scilicet et amicis
convocatis · locutus est eis petrus dicens · Vos sci-
tis quod abhominabile sit viro iudeo accede-
re ad alienigenam · sed ostendit michi deus
nullum hominem immundum esse · propter quod sine dubi-
tatione veni accersitus · Interrogo ergo ob quam
causam accersistis me · Et ait cornelius · A quar-
ta die orabam hora · ix · in domo mea ·
ac si diceret · quarta die ab hac hora sum in
oratione … · ix · die vidit angelum
et misit nuncios … die venerunt nuncii
in ioppen · tercia profectus est petrus cum eis

et illa nocte remanserunt ibi .iiij. venerunt
cesaream. Et ecce vir quidam stetit ante me in veste can-
dida et ait. Corneli exaudita est oratio tua et ele-
mosyne tue a deo recepte. Mitte in ioppen
et accersi symonem qui cognominatur petrus. Statim
misi ad te et tu benefecisti veniendo. Nunc er-
go nos omnes in conspectu tuo assumus presto obedire
in omnibus que tibi precepta sunt a domino. Tunc petrus
aperiens os suum dixit. In veritate comperi quoniam
non est personarum acceptor deus nec discernit
inter gentiles et iudeos. sicut in monte grece quoniam
deum .i. o. i. a. e. i. vos scitis quod predicavit io-
hannes ihesum a nazareth. scitis et quod factum
est verbum .i. predicatio evangelii per universam
iudeam incipiens a baptismo iohannis quod baptizatus
est. Ihesus prosequens quem unxit eum deus spiritu
sancto et virtute. qui pertransiit benefaciendo et sanan-
do omnes oppressos a diabolo. et nos testes sumus
omnium que fecit in regione iudeorum et quem
suspenderunt in ligno. et tertia die suscitavit
deus. Et nos testes sumus qui manducavi-
mus et bibimus cum illo postquam surrexit a
mortuis. quibus precepit predicare populo et te-
stificari quia ipse est qui constitutus est a deo iu-
dex vivorum et mortuorum. qui per deum illi
omne iudicium. non solum nos sed et omnes prophete
illi testimonium perhibent. quia omnis qui credit
eius remissionem peccatorum accipiunt qui
credunt in eum. **Quomodo baptizavit centurio-**
nem et omnes qui cum eo erant

Adhuc lo-
quente petro verba hec cecidit spiritus sanctus
s. o. q. au. u. verbum aut in igneis lin-
guis vel in alia visibili specie cum nos. Et obstu-
puerunt cum petro fideles de circumcisione. quia et
in nationes .i. gentiles gratia spiritus sancti effusa est.
Audiebant n. illos loquentes linguis et ma-
gnificantes deum. Tunc dixit petrus. Numquid a-
quam quis prohibere potest ut non baptizentur
hii qui spiritum sanctum acceperunt sicut et nos et man-
dat baptizari. et hic eos baptizari in nomine
domini. sed licet formam baptismi a domino traditam pro
dicatione nominis ... in quo nomine intelligitur ipse deus
et ... et spiritus sanctus quo unctus est. Tunc
rogaverunt eum ut maneret cum eis. Et mansit
rogatus cum aliquot diebus in quibus primo creditur
usus fuisse cibo gentilium. ... prophetia ...
que et celatum ... usque ad fines ... iudea
quia gentes receperunt verbum dei. Et hic fuit
primus ... apostolorum ad gentes
in ... conversus est cornelius cum familia sua.

Quomodo redarguitur a circumcisis hebreis

.xxi. Cum autem venisset in ierusalem disceptabant contra
eum fideles de circumcisione dicentes. Quare in-
troisti ad viros preputium non habentes et man-
ducasti cum illis. quod dicit indubie contra legem fecisti
s. quia missus ad illos et cum illis comedisti. Tunc
incipiens petrus exposuit eis per ordinem o-
stensam sibi a domino visionem. et quomodo apparuerat
angelus cornelio. et in ora ... non add-
it ubi unum quod dicit cornelio. mitte et accersi
symonem qui cognominatur petrus. vade quod loquetur
tibi verba in quibus salvus eris et universa domus
tua. et cum cepisset loqui cecidit spiritus sanctus
super eos sicut et in nos ab initio. per quod super cor-
nelium et familiam eius descendit spiritus sanctus in lingu-
is igneis sicut descenderat super apostolos die pen-
tecostes. et tunc recordatus sum verbi
domini quod nobis dixit. Johannes quidem baptizavit
aqua. vos autem b. s. s. Videns autem hoc impleri
in cornelio et in familia sua. audita petri ex-
cusatione multiplici destiterunt ab increpatione
eius. et glorificaverunt salvatorem. et ita impleta
est prophetia iob. ... ad deum
formidolosa laudatio ... infideles
tamen gentiles ... quos inimicos
erant ... revelante cum ... fuerint
fidei ... illustratione ... ad deum
formidolosa laudatio quia ... in prophetia
et ... gentium conversione fideles iudei
timentes glorificaverunt deum. **De continua-**
tione hystorie

Nunc redit hystoria
ad ordinem suum. Et .ii. inserta sunt de phy-
lippo petro et iohanne et paulo ... que
supposita sunt. Igitur qui dispersi erant pertransibant
evangelizantes verbum dei. Quibus inter quos fuit
prosequitur ergo in hunc modum. Et illi qui di-
spersi erant a tribulatione que inceperat a morte
stephani perambulaverunt usque ad phenicem pro-
vinciam syrie occidentalem et cyprum nemini loquen-
tes verbum nisi solis iudeis. Erant autem quidam ex eis
de cypro et cyrene. que est in ethyopia loque-
bantur ad grecos annuntiantes dominum ihesum. Et
erat manus domini cum eis et multus numerus credenti-
um conversus est ad deum. Super hunc locum dicit beda
quia per revelationem simonis ... ecclesia
crevisse. ... propter ... symonis vel
lucii ... ludit petrus ... cum alibi dicat
uas fuisse alibi dicit. Delatum est autem ad
aures ecclesie que erat ... de conversione
antyochenorum. et plene volentes certificari

miserunt barnabam in antyochiam. Qui cum ve
nisset et vidisset gratiam dei gavisus est et exhortabatur
omnes in proposito cordis manere in domino quia erat
vir bonus et spiritu sancto et fide plenus. Credo quod hunc
locum vitavit barnabas in mittendo quod in scriptura non
invenit et indignaretur. Sed ammisso apostolatum
et erat ceteri in ea opinione sed quando dicitur bar
nabas ille sit quem predixit sors et mathya
fuit cum paulo in apostolum sed generaliter eos
Sed alia secundum hystoriam. Iterum dicit barna
bas quod non sufficeret ad erudiendam tantam mul
titudinem venit tarsum ut quereret paulum
et inventum perduxit antyochiam. Et pauli
conversatio fuit ibi et docuerunt turbam multam
Et tunc primo secte quedam religionis
a christo capite de nomine suo primum qui prius
dicebantur discipuli. Et fuit institucio
generalium satis elegans. Vnde et cognomen
a maioribus gentilibus ad fidem conversi sectas
eas religionis primum a nomine conferri sed
post denominatos a nomine magistri sic in
sectis philosophorum sectas denominabant a nomine
magistrorum sicut ab epicuro epycurei.
In illis autem diebus supervenerunt prophete ab iero
solimis antyochiam. Et surgens unus ex eis
nomine agabus significabat per spiritum famem
futuram in universo orbe terrarum et maxime
in iudea que facta est sub claudio in iiij anno
claudii. De collecta facta pauperibus

Tunc proposuerunt discipuli facere col
lectam ut daret unusquisque pro modulo
suo facultatis. Et miserunt aliqui per
sepa quia erant divites qui vendebant omnia possessa
fuerunt precia ad pedes apostolorum ut provide
rent eos bonis famem. Et tunc primo facta est col
lecta in usus pauperum quam miserunt per paulum et bar
nabam in ierusalem. De morte iacobi.

Eo tempore misit herodes rex manus ut af
fligeret quosdam de ecclesia. occidit autem iaco
bum fratrem iohannis gladio. Et ut intelligatur locus iste require
qui herodes sit accipiendus expedit ad tempus pre
mittere hystoriam actuum apostolorum et secundum hy
storiam romanorum tempora. Et vulgo dicitur
hunc fuisse herodem tetracham qui cognominatus
est antypas. Sed herodem agrippam. Ille enim non fuit
rex sed tetracha. Ille filius magni herodis
qui consensit pylato de nece domini, quem remisit
eum ad pylatum indutum veste alba qui iam
deportatus fuerat in exilium et ibi mortuus
est. Pylatus quoque iam mortuus erat quia apud
sui hystorie prelatum est anno xiiij imperii tyberii
cesaris erat procurator iudee. Vitellio preside
syrie et secundum iosephum vixit iudeis apud tyberium
fatigatus est in iudeis damnaverat innocentem
in defectione. Accusatus quia iudeis reclama
ntibus ponebat ymagines gentilium in templo
Accusatus est et quia thesaurum repositum in corbona
pervertit in usus suos unde faciens aqueductum
in domum suam. Et pluribus de causis deportatus est
in exilium lugdunum unde oriundus erat
ubi in obprobrium generis sui moritur. Vnde quare
misso erat archa in qua reponebantur
donaria regum vel principum. Corbanam in qua
reponebantur donaria sacerdotum ad restaurationem
sarratecta templi. Gazophilacium
in qua reponebantur donaria viduarum. Quo

Mortuo fuit procurator substitutus pylato
Pylato substituit vitellius marcellum
procuratorem iudee. Et placare volens
iudeos fecit vitellius eorum ingressus
de amocione caiphe et promocione filii a
ne quem ad peticionem eorum amovit ionathan
pham a sacerdocio et substituit filium anne
qui tamen mortuus erat. Et reddidit ei stolam
suam illam solempnem et antiquam quam debe
bat habere summus sacerdos in potestate sua in
qua iudeus in festivis diebus. Pylatus
in tuitulacione eam in domum suam et cum in festivis
diebus erat necessaria sacerdoti non poterat
eam habere nisi pylato precedente. Tempore quo
hic mortuus est philippus tetracha yturee et
traconitidis regionis frater herodis tetrache
mortuus est et lysanias tetracha abiline. Que
vacabant due tetrarchie et affectabat hero
des agrippa alteram earum. De herode

Erat autem herodes agrippe
herodes agrippa vir magnanimus
et bellicosus sed pauperimus nepos
herodis tetrache et frater herodias uxoris eius herodi
adis. Erat enim filius aristobuli filii magni
herodis et ipsa filia eius. Disposuit ergo
venire romam si forte posset impetrare a
tyberio alteram tetrarchiam vacantem. Cum
venisset romam invenit cum tyberius tyberius mutuo
strenuissimum redditur cum socio et factus est
ut ad verbis filio suo divisit cum iam
tam sua societate temporum. Hic sic dux
est ille qui detinuit magnitudine. Erat autem
herodes agrippa vir magne liberalitatis et
ut omnes reddebat alios romanorum multa

expendebat et multis debitis se obligabat et
Herodes. Non erat homo magis mutabilitatis forte
ne adeo possit deprehendi. Primo in hoc male con
tigit ei quod mortuus drusus filius tyberii decimo mense
adeo inconsolabilis dolor tyberii ut omnes aspe
ctu suo amoveret qui familiares ad cesarem
druso ne reducerent ei ad memoriam mortem
eius. Et compulsus est Herodes agrippa redire in iudeam
et desperans pro nimia paupertate intendit fieri
vel affligere se fame et ita moreretur. Quod signi
ficavit uxor sua soror eius herodiadi uxori hero
dis tetrarche, que supplicavit viro suo ut revo
caret eum a fine et daret ei necessaria. Et accepit
eum et statuit eum in tyberiade et assignavit ei
domum et dedit ei necessaria vite. Quadam die
cum esset herodes tetrarcha in tyberiade et epularentur
simul hylarior solito quia incalluerat mero
cepit improperare herodi agrippe benefica sua
et conviciabatur ei, scilicet quod libaverat cum a peste famis.
Et doluit inde agrippa ultra modum et disposi
tus venire ad tyberium si forte inveniret animum
eius immutatum. Et in itinere eius duxit eum pethias
et honorifice receptus est ab eo et iuvit eum
eo romam. Et cum haberet tyberius duos nepotes
alterum de filio druso scilicet tyberium alterum de fratre
germanico scilicet gayum, voluit et iussit ire filium
filii, quia magis diligebat eum. De causa

H erodes autem inimicitie tyberii et herodis agrippe
agrippa magis diligebat gayum et fami
liaris adherebat ei. Unde sibi incitatione
tyberii latente quod non dum indicabat ei, sed latens
odium in corde reservabat. Quadam autem die cum
sederet herodes agrippa cum gayo in curru, leva
tis manibus in celum dicebat. Utinam viderem
mortem in proximo senis et te dominum totius orbis,
quia preponeris imperatore universo orbi. Hec
audivit euthycius auriga ipsius agrippe qui post
ea cum vestibus domini sui aufugiens captus est et vin
culatus et dum duceretur ad cesarem peciit du
ci ad imperatorem dicens quod haberet loqui ei quod es
set ad eius utilitatem. Et presentatus est imperatori et dixit
ei consulto quia sic optaverat agrippa mortem
eius et dominium gayi. Tyberius vero non multum curavit
batur verba inculpatoris et detrusus est ille in carcerem.
Et cum sepe instaret agrippa ut iudicaretur
et occideretur videbat tyberius. Erat enim sufficit
atque quoniam nec illius et ita differebat quia ut dic
tum est in omnibus negociis suis moras trahebat. Unde
cum statuebat procuratores in provinciis nun
quam aut numquam mutabat eos. Quod cum questio

sepius esset ab eo, quare sic non mutaret eos, dixit
se illis ponere plebicole scilicet deceret vel procuratores
ad modicum tempus procurarent amplius usque
ad sanguinem. Et tunc dominum suum quasi bonum
et quia recentes sunt avidi dissipant quoque invenit
quod ostendit ei quidam vulnerati qui ei iacebat vulnera
et non amoveret multitudinem muscarum a vul
nere sugentes. Aliis putavit quod obmitteret ex
debilitate et abegit muscas quas occupaverunt
vulnus. Ad quod ille: Male fecisti in amovere
quas amovisti iam plene erant sanguine
et parum molestabant me. Que autem sugentes
recentes acrius pungunt me. Sic et procurato
res vel officiales recentes stimulant acrius
subditos deservire. De quo herodes of

C um quadam fendit tyberium
die more solito tereret agrippa ty
berium ut euthycius auriga suus decide
ret, tyberius dixit ei non expedire, ne ipse
causam ipsi vellet cum inculpat excusare. Et cum
in nullo se ex causa esset agrippa testatus est se velle
ut euthycius et accusaret eum. Eductus ille de
carcere arguit eum de crimine lese magestatis
quia optabat mortem imperatoris. Tunc ait tyberius
centurio liga hunc. Centurione cunctante
hoc preceptum esse de eo quia eductus fuerat de
carcere et alligatum reduxit eum in carcerem.
Quadam autem die dum ambularet tyberius in prodro
mio id est teatro equorum et veniret agrippa primum
vocato centurione dixit ei: Liga hunc. Centu
rione autem ille cunctante quem peperit agrippa liga
vit cum purpura in carcerem que erat de regio
sermone. Cum autem duceret agrippa ad carcerem
preparabatur intollerabile situm quia splendide
comedebat et forte occurrit ei portans aquam
et dedit ei bibere et post refocillatus promisit
ei quod in tempore remuneraret eum in regno gayi.
Considerans quod imperio gayus esset regnaturus et
potitus est in carcerem. Quadam autem die dum staret
in arbore cum frondibus insidebat bubo
accessit unus de captivis ad eum et locutus est
ei. Noli inquit estimare quod adulando loquar
tibi cum sis concaptivus meus. Volo enim dicere
tibi quod indicatum mihi a diis meis quam verum putas
in auguriis. Cito inquit liberabis accedere
et in tantum sublimabis quod invideant tibi amici
tui omnes et in hac prosperitate morieris
relinquens bona tua filiis tuis. Cum autem
hunc videris alterum vobis amplius supra te sa
bo, quinque die morieris. Quomodo

Herodes agrippa liberatur morte tyberij

Cum esset herodes agrippa in carcere descri-
bat ei de carceris faciens eum inuitum esse
nobilem et familiarem gayi. sustinebat
tamen ignorans multas commoditates merce-
de sibi facta ab amicis suis. Et fuit in car-
cere vi. menses. postea cum tyberius esset apud capreas
cepit infirmari atque infirmitate mortuus
est. Et si in memoriis alibi legatur mortuus non
curandum quia sit mortuus. Videns autem se moritu-
rum conuocatis nobilibus imperij sui et duobus
nepotibus suis gayo et tyberio statuit
crastino substituere successorem sibi prius uo-
lens consulere mentes deorum. Et consuluit deos
suos ut intimarent ei mente sua quem nepotum
suorum vellet ei substituere imperio. et statuit
apud se ut illum qui primo veniret ad eum in cra-
stino constitueret imperatorem. ut ita quasi
sorte eligeretur imperator. Vnde significauit
tyberio ut mane veniret prior. Et noluit ma-
ne venire nisi pransus. Et cum mitteret tyberius
nuncios ad nepotes suos non inuenit nisi
gayum et uenit gayus prius ad tyberium. Quem
videns tyberius fleuit amarissime dolens quod alter
non venerat quem volebat substituere. quia tenerius
eum diligebat. tamen dissimulabat. Et locutus
est ad eum tyberius. Fili tu succedes in imperio
quod potius debebatur imperio quam filio filij. Sed
ego video te utilem esse imperio. et nouum in-
ter deorum. caue ei ne molestus eum sed habeas
quasi fratrem. Satage ut negocia ipsius sapi-
enter disponas. exequaris et finis mei im-
perialis honore perficias. Et conuocatis senatoribus
denunciauit eum imperatorem et mortuus est. Et sta-
tim aliquantulum insonuit fama in ciuitate ro-
mana de morte tyberij. Et venit quidam hebre-
us amicus herodis agrippe ad carcerem et hebrai-
ce dixit ei. mortuus est leo. Et cepit agrippa mi-
rabiliter gratulari. adeo ut quereret ab eo cu-
stodes carceris quid esset causa tante exultacionis. et confes-
sus significauit ei morte tyberij hebraice. et sta-
tim de carcere liberauit eum et statuit eum col-
lateralem suum in mensa. In crastino insonuerunt ali-
j rumores. quod tyberius conualuerat et quia die
roma venturus erat. Quod arguit eum
de carceris timens ne in caput eius redun-
daret quod liberauit eum et mirabiliter eum ligauit
et retrusit in carcerem. Et postea increpue-
runt eum rumores de morte tyberij et substitu-
cione gayi. Et venit gayus romam et sepeliuit

tyberium honorifice. et ipsa die voluit agri-
ppam liberare sed dissuasum est ei ne uideret
facta tyberij subito velle irritum reuocare.
Postea post aliquot dies liberauit eum et sibi
induit eum et dedit ei duas tetrarch-
ias scilicet tetrarchiam philippi qui erat tetrar-
cha iturie et traconitidis regionis et tetrarchiam lysa-
nie qui erat tetrarcha abyline. et imposuit
dyadema ei. et sublimatum in regem remi-
sit eum in iudeam. Et inuidit ei omnis populi?
qui erant? et soror sua herodias que uxor erat
fuit in felicitatem inuidere infeliciter. precipue
quia habebat nomen regis. quia vir suus qui
erat maior natu filius magni herodis et
numquam potuit vocari rex. sed tetrarcha. per-
suadebat itaque viro suo de die in diem
ut iret romam. et satageret omnibus modis ut
sibi compararet nomen regis. Et ille malebat esse
in ocio quia opulentus erat. Vnde sepe
vxor eius grauiter dicebat. preponit opes
tue quod magis diligis opes quam honores.
Tandem conuictus in fermento vxoris iuit ad
gayum cum magno apparatu vxore et ipsa cum
eo. et inuenit gayum baijs. Herodes autem
agrippa quod sciens erat quod iuisset quod non
pro bono suo iuisset disposuit ut post eos si-
bi misit nuncium quendam familiarem suum
et dilectissimum gayo. Amicus? coniunctabatur quod
herodes tetrarcha et iuuente tyberio fuit in maior
amicicia cum rege parthorum ut esset rebellis
romano imperio. et magnitudinem huius rei signi-
ficauit ei quod in ciuitatibus suis habebat
arma que sufficerent lxx milibus armatorum.

Cumque uenissent
herodes tetrarcha et herodias vxor
sua ad gayum. et satis honorifi-
ce suscepisset eos. superuenit nuncius herodis
agrippe. et porrexit epistolam gayo ex parte
agrippe. Perlecta epistola gayus quasi aliud
de accipiens cepit inquirere de statu he-
rodis tetrarche. et inter cetera quesiuit utrum
in ciuitatibus suis esset tanta copia
armorum quantam ipse audierat. et non negauit.
Tunc credens gayus uerum esse quod significa-
uerat ei herodes agrippa relegauit eum
in exilium. Vxori autem sue quia erat
soror herodis agrippe quam inmerite? dili-
gebat dedit libertatem recedendi ut rede-
ret ad terram suam. Ipsa autem comitata est
virum suum in exilium dicens. quia non

per quem direxit
epistolam gayo

dimitteret eum in adulterio et Herodias uxor ipsius et
deportata sunt in exilio Lugdunum, id est prope Hispaniam, ubi mise-
rabiliter mortui sunt. Et reddit Gaius Galilee
quam Herodes tetrarcha tenebat Herodi Agrippe et
ita huic tres tetrarchias. Fuit autem Gaius
in initio imperii sui per biennium satis mansuetus
et postea evanuit in cogitatione et in elatione et in
tantam prorupit vesaniam ut ab omnibus homi-
nibus imperii sui vellet coli tamquam deus. Et di-
cebat se esse fratrem Iovis. Coluit et filiam suam
unicam quam habebat ponebat inter genua
Iovis ut esset quasi videretur uterque postquam ex illo
fuerat de genibus Iovis. Constituit et ymagi-
nem suam per universum imperium suum ut omnes adora-
rent eam. Et sic fecerunt omnes excepto iu-
deis. Tunc in civitate Alexandria orta est se-
ditio inter iudeos et gentiles sedicio et venientes utrique
pars ad Gaium ut disceptarent iusta inter se
allegationes quas fuerunt gentiles contra
iudeos hec obiecerunt eis quod deum suum quem omnes
gentiles receperant ipsi ignorabant quia
ymaginem Gaii noluerunt adorare. Et tunc
Petronio scribit quod iudei non adoraverunt eius yma-
ginem. Significavit autem Petronio presidi Syrie
ut statuam suam poneret in templo. Et si non vellent
facile recipere eam in coronam civitatibus.
Et si forte reclamarent iudei, collectis Roma-
nis legionibus intraret iudeam et nemo parceret
manus eius. Collectis ergo exercitu Petronius
intravit iudeam et venerunt ad eum iudei
de Ierusalem cum aliis Herodis Agrippe qui erat
cordialis Gayo et supplicabant ei ne deii-
cos autem quia prius permitterent se occidi
et parabant iugulos et dicebant quod nunquam apli-
caverent ritum ut sic impia afflicti more-
rentur. Et Petronius non de consilio suo hoc
concessisse sed non audebat resistere mandato
imperatoris. Videns tamen quia grave iactu-
ram incurreret Gayus si mitteret tributum
totum iudee, promisit eis quod opponeret se
Gayo pro eis et misit epistolam suam Gayo per
nuntios honoratos ut desisteret ab hoc man-
dato. Quam cum venissent ad Gaium, inventum
sunt representare se posterum et sed accesserunt
ad Herodem Agrippam, responderunt iudeis
quia unam de tetrarchiis suis, id est Galilee
in iudea erat. **De morte Gayi imperatoris**

Tunc Herodes invitavit
Gayum in convivio ut comederet
cum eo. Et cum in convivio esset
in convivio hilaratus et delectatus nimium
et cepit memorare Gayus quanta fuerat
passus pro eo Herodes in vinculis Tyberii et alia
multa et dixit ut peteret quicquid vellet et da-
ret ei. Et ille respondit ei sufficere gratiam eius sibi.
Et cum ille instaret ut aliquid peteret, pecciit
ne poneret statuam suam in templo nostro et ne-
cesse ut poneret. Et iratus est Gayus tamen
prudens adolescentis Agrippe quia noluit o-
pes vel honores petere, concessit ei et scrip-
sit Petronio in hunc modum: Si non dum posuisti
statuam in templo nostro, non necesse ut ponatur,
et si non posita est statua in templo, studeas
resipiscens. Gayus scripsit Petronio in hunc
modum: Quia contempsisti mandatum imperato-
ris et pocius dilexisti munera iudeorum, elige
tibi genus mortis quod vis, ut discant omnes
non esse tutum obviare mandato imperatoris.
Sed deo procurante ita factum est ut prius audiret
famam mortis eius quam videret nuncios huius lega-
tionis. Cum quintum esset Rome Gayus et rediret ab
ludis circensibus, consilio senatorum interfectus
est et orta est dissensio inter cives civitatis inter
curiam et milites et populum. Curia dicebant
senatores et viri consulares id est qui de genere
consulum erant vel digni ut fierent consules.
Quia ergo videbant senatores sevicia impe-
ratorum et incommoda que inde contingebant rei
publice, voluerunt penitus extirpare im-
perium ab urbe et voluerunt eam reducere ad
antiquum statum in quo erat ante Iulium Cesarem ut
esset regimen civitatis in arbitrio populi et se-
natorum. Sed milites et populus timentes curia-
lem seviciam senatorum et amantes dominum imperatorem
substituerunt imperatorem Claudium avunculum
Gayi, virum mansuetum et pium. **De Claudio imperatore**

Tunc venit Herodes
Agrippa ad senatores ducens secum
de nobilioribus qui erant iudeis simu-
lans se facere pro eis cum sciret eos ex
osos propter mortem Gayi. Consuluit ergo eis
ut sugererent Claudio ne moveret seditionem
in civitate sed desisteret ab hoc incepto. Et
senatores rogaverunt Herodem ut pergeret cum
eis ad Claudium et confessus est se libenter fun-
gi hac legatione. Et missus ad Claudium
cum aliis et eis audientibus dixit ei quod quia
erat coram senatoribus quod vellet Claudius desisteret
ab incepto quia ipse patrocinaret. Sed clam
autem dixit Claudio ut non desisteret a proposito

quia ipse satagit ut maior ps nobilium faueret ei pti. Et renunciauit senatoribus quod nollet desistere claudius ab incepto. et cepit eis persuadere ne dimicarent qui non posset impedire talle consilium. et tandem omnes. et ita sine contradictione factus est claudius imperator. et persuasione herodis agrippe omnes occisi sunt qui consenserant in morte gay. Et peciit ab eo herodes agrippa ut decretum gay de statua sua adoranda reuocaret in irritum quod impium erat. acquieuit ei. et precepit ut epistole reuocacionis per singulas ciuitates iudee ponerent in loco eminenti ut uiderent ab omnibus

Quomodo herodes occiso iacobo uoluit apprehendere petrum

Postea uoluit herodes apprehendere petrum accepta licencia a claudio et rediit ad propria. et tunc claudius dedit ei. iiij. tetrarchias. scilicet iudee. et ita confirmatus rediit ad propria. et ueniens primo in iudeam. et honorifice susceptus est a iudeis quia timens iniuriam eos. Et cum prope esset dies azimorum ueniens autem festum ut purificaret se ubi nunc ante esset diei festo et ante dies azimorum occidit iacobum fratrem iohannis gladio. propter dies azimorum uidens quia placeret iudeis. apposuit et petrum. De iacobo autem refert clemens alexandrinus quod cum ductus esset in carcerem nocte conuertit ad fidem suum custodem et confessio confessus est se esse christianum. et cum ducerentur ambo ad martirium dixit iacobo. pater da michi remissionem. at ille paululum deliberans ait. pax tibi. et osculatus est eum. et simul ambo capite truncati sunt. petrum autem apprehensum misit herodes in carcerem quia diebus azimorum non licebat quemquam interfici. et post custodiam carceris tradidit eum custodiendum. iiij. quaternionibus militum uolens post pascha producere eum populo. ut ipse populus occideret eum non ipse herodes ut iacobum quia magis uidebat eius gloriosum si populo occideret eum quia ipse erat princeps apostolorum Quomodo liberatus est petrus de manu herodis

Cum autem in crastino producturus esset eum herodes in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites uinctus cathenis duabus quod adhuc romae est dicuntur. et custodes iacentes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit ei et lumen refulsit in habitaculo carceris et miraculose factum est ut sol perueniret lumen. percussoque latere petri excitauit eum dicens surge. et statim ceciderunt catene de manibus eius due. scilicet quod adhuc rome esse perhibentur. Et dixit angelus ad eum. precingere et calcia te caligas tuas. De posuerat enim angelum propter molestiam carceris uel tunicam eciam pedes demissa tempore frigoris noctis inquam dandum est quod uiris sanctis quia magnus uestitus huius aliquid relaxare de rigore ordinis legum. enim. apostolorum et propter has duas angelus iussos per afflictione carnis. et petrum ad tempus deposuisse propter molestiam carceris. Et fecit petrus iuxta mandatum angeli. Et addidit angelus Circumda uestimentum tuum et sequere me. Et exiens sequebatur eum. et nesciebat quia uerum esset quod fiebat per angelum. et non putabat in rei ueritate fieri. sed per ymaginariam uisionem ordinando sequitur. Estimabat enim se uisum uidere. et hoc secundum consuetum ymaginaria uisione. Transeuntes autem primam custodiam. id est octoes carceris custodie deputatos. et secundam. id est duos quaternones. uel primam custodiam. id est primum quaternionem et suum. et secundam. id est secundum quaternionem et suum uenerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatem que ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt uicum unum confestim discessit angelus ab eo. ut sciret se uere in ueritate de carcere eductum quod putabat secundum per ymaginariam consuetum et tunc ad se reuersus. id est ad mentem suam quod fuerat in magno stupore dixit. Nunc scio uere et cetera. Et considerans uenit ad domum marie matris iohannis qui cognominatus marcus non euangelista erant discipuli congregati et orantes ut orarent pro petro. Et cum pulsaret petrus ad ianuam egressa est puella ut uideret nomine rode. Et ut cognouit uocem petri pre gaudio non aperuit ei ianuam. Sed cucurrit dixerunt illi amentem insanire sciebant petrum in carcerem esse illa autem affirmabat rem sic habere se. Alij autem ex eis dicebant. angelus petri est. Et in hoc loco dicit Iohannes tanta dignitate esse animas ut unaqueque ab hora natiuitatis sue habeat angelum suum in custodiam deputatum. petrus autem perseueranter pulsabat. Et cum aperuissent uiderunt eum et obstupuerunt. Et innuit eis manu ut tacerent. et sic silencio miraculum audiret. uel forte ideo ne clamore gaudencium adueniente ciuitate propalaretur. Et narrauit quomodo eduxisset eum dominus de carcere. et ait Nunciate hoc iacobo et fratribus eius. iacobo scilicet alphei episcopo ierosolimitano. quia alter fuerat iam decollatus ab herode. Et egressus alia nocte abiit in alium locum timore herodis et iudeorum. De morte anania

Nota quod ancilla aperuit petro ianuam

Crastina **De morte Herodis Agrippe**
autem die post eductionem Petri de car-
cere non erat parva perturbatio inter
milites et credens quia nam factum esset de Petro,
unde amplius quia clausum reliquerant carce-
rem. Hoc enim non est ambiguum eum evasis-
se. Herodes cum requisisset eum et non invenisset, dili-
genter inquirens de custodibus utrum nescirent
quid nam factum esset de eo, iussit eos ad du-
ci ad se ut vindicaret in eos. Non tamen vindi-
cavit domino procurante ut solutio Petri
nulli noceret. Imminente enim negocio
descendit Herodes de Iudea in Cesaream
Palestine, appropinquans Tyro et Sydoni,
ut noceret Tyriis et Sydoniis quibus irat-
us erat. Qui audientes Tyrii et Sydonii ve-
nerunt ad Blastum qui erat cubicularius
Herodis et custos thesaurorum eius, quia erat
amicus eorum et patrie, et eo intercedente vero
civitati sunt Herodi. Non enim poterant susti-
nere inimicicias regis tam vicini. Statuta
autem die Herodes vestitus veste regali sede-
bat pro tribunali apud eos et concionabatur
ad eos Herodes blandiens eis. Populus autem
acclamabat dei voces et non hominis, id est exhi-
bebant ei laudes deo debitas et non homini.
Et dum adulatoriis favoribus delectaretur
et oblatos sibi divinos honores non respueret,
respiciens supra se vidit imminere et insiste-
rem capiti suo in funiculo angelum in bubo-
ne, mortis ei prenuncium. Et tunc ut dicit
Iosephus, inclinans se dixit eis qui se applaude-
bant, dixit eis: En ego deus vester morior.
Sciebat enim iam quid diceret augur cum tene-
tur incarceratus, se post visionem bubonis infra
v dies moriturum. Et sequitur hystoria hy-
storia. Percussit autem angelus domini, id est fecit in-
dicta domini super eum, quia per v dies ventris
dolore cruciatus est et corrodebant eum ver-
mes et vixit eius. Et ita paulatim consump-
tus animam expiravit. **De Agrippa**

Reliquit autem filium qui dictus est Agrippa,
non cognominatus Herodes, qui adhuc
Rome erat, nec huic regnum patris
sed tetrarchiam, id est terram duarum tribu-
um et dimidie ultra Iordanem. Unde
legitur quia fideles de Iudeis in tribulatione
cusatione ... ad amotionem angeli se
cessavit in regnum Agrippe istius et filii
Herodis Agrippe. **Hucusque incidencia**

Et nunc redit **narratio autem nunc redit ad hystoriam**
hystoria ad ordinem suum et continuatur
ei quod supra dictum est, collectam factam a fide-
libus Antiochie missam per manus eorum per Bar-
nabam et Saulum, quod interseruit de Herode,
de morte Iacobi, de incarceratione et liberatione
Petri, quasi incidens est. Prosequitur ei de reditu Bar-
nabe et Pauli ultimus hystoriam in hunc mo-
dum: Verbum autem domini crescebat et multiplicabatur.
Barnabas autem et Saulus reversi sunt a Ierusalem
assumpto secum Iohanne qui cognominabatur Marcus
post expletum ministerium. Erant autem in ecclesia que
erat Antiochie per eos que venerant a Ierusalem
prophete et doctores, inter quos erat Symon
qui vocabatur niger, et Lucius Cyrenensis,
et Manaen qui erat Herodis tetrarche collactaneus,
id est eodem lacte nutriti, et possunt ita accipi
prophete et doctores ut prius. Et inter eos iste
Symon dictus est a colore niger, si sit latinum vo-
cabulum, vel si est hebreum dicitur niger quasi
ascendens de virtute in virtutem. Lucius enim
hebreum, et interpretatur ascendens. Ministrantibus
autem illis domino et ieiunantibus dixit eis Spiritus sanctus:
Segregate mihi Barnabam et Paulum in opus
ad quod assumpsi eos. Quidam dicunt consilio spiritus sancti
Paulum et Barnabam remiserunt in Ieru-
salem ad Petrum et Iacobum et Iohannem qui
erant ibi. Quod falsum sit audito mandato
angeli vel spiritus sancti. Et ieiunantes et orantes
imposuerunt eis manus in modum ordinan-
dorum. Utrum autem per manuum impositionem
aliqua ordinationis sollempnitate circa eos
celebrata incertum est, nisi de ordinatione apostolorum
ad legem. Et quod dominus imposuit eis manus.
De Petro tamen certum habetur quod Antiochie
missam celebravit. Sed potuit apostolis pro
ordinatione sufficere quod dictum est eis a domino:
Hoc facite in meam commemorationem. Et licet
non interfuerunt Barnabas et Saulus, tamen quia
potestas eis data fuit ad apostolatum consilio spiritus sancti,
forsitan in hoc cum aliis fuerunt privilegia-
ti, non alia sollempnitas ordinationis circa
eos celebrata. Et multi in primitiva ecclesia
sine hac sollempnitate ordinationis ad sacer-
docium promoti sunt. Et in ista layci sine
dyaconatu et precedentibus ordinibus sacerdo-
tes facti sunt, et imponentes eis manus di-
miserunt eos. Et ipsi quidem missi a spiritu
sancto cum duce ... quos separaverat eos a ce-
teris, abierunt Seleuciam et inde navigaverunt

vel prius ita distingui prophete desti-
tutis et doctores

Cypri. Et in civitate Salamina praedicabant verbum Dei in synagogis Iudaeorum, et valencia sive diuturnitas eorum. Et habebant secum in ministerio praedicationis Iohannem qui cognominatur Marcus. Quomodo Paulus et Barnabas converterunt Sergionem.

Et cum perambulassent universam insulam Cypri usque ad Paphum, invenerunt virum magum pseudoprophetam Iudaeum cui nomen erat Bariesu, qui erat cum Sergio Paulo viro prudente, qui erat homo magnae dignitatis. Erat enim proconsul, id est pro consule. Hic accersitis Barnaba et Paulo desiderabat audire verbum Dei. Resistebat autem eis Elymas magus. Forte quia alterum nomen Bariesu, id est alterum Elymas, id est interpretatur magus, sic enim nomen eius interpretatur. Saulus autem qui et Paulus repletus Spiritu sancto intuens in eum dixit: O plene omni dolo et omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiae, non desinis subvertere vias Domini rectas. Hic ex dicto Saulus qui et Paulus. Traditur enim quod a Sergio Paulo ad fidem converso dictus est Paulus. Sed Origenes dicit quod semper fuit binomius, dictus Saulus et Paulus. Vel in acceptione apostolatus primo sortitus est hoc nomen, ut qui primo a Saule persecutore dicebatur Saulus, de superbo factus humilis et mansuetus, vocaretur Paulus, quasi nomen suum interpretando de se minimum apologizaret. Videtur autem xiiii anno a passione Domini promotus ad apostolatum cum Barnaba, et sortitus Pauli vocabulum, et xviii praefectus ad magisterium gentium, cui satis consonat ecclesiastica hystoria, ubi legitur praeceptum apostolis esse ut post passionem xii annos praedicarent in Iudaea. xiiii anno coepit Paulus palam transire ad gentes. Ingressus dum in errore per Paulum ore exigerit de finibus Iudaeae. Et nunc inquit ecce manus Domini super te, et iudicium Domini evertebis interim. Eris enim caecus lumine capitis sicut es caecus lumine mentis, non videns ad tempus solem materialem quia non vides solem iustitiae Christum Deum. Et confestim cecidit in eum caligo et tenebrae, et circuiens quaerebat qui ei manum daret et duceret eum. Et statim proconsul viso miraculo credidit, admirans super doctrinam Domini.

Fuit a Paulo dictus Paulus, qui modicus humilis.

De discessu Iohannis ab eis.

Cum a Papho navigassent Paulus et Barnabas cum eo venerunt in Pergen ad civitatem Pamphiliae. Et tunc Iohannes qui dicebatur Marcus, qui eorum socius erat, discedens ab eis reversus est in Ierusalem unde venerat cum eis. Et forte reprehensibilis fuit cum quare discessit. Et hic fuit causa discidii inter Paulum et Barnabam de qua habebitur inferius. Paulus vero et Barnabas venerunt Antiochiam Pisidiae, quod additum est ad differentiam alterius Antiochiae, quae dicitur Antiochia Syriae quam nos Anglici vocamus Antiochiam, quae olim dicebatur Reblata. Et ingressi synagogam die sabbati sederunt. Qui audita lege non praedicabant. Post lectionem autem legis et prophetarum miserunt ad eos principes synagogae dicentes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis, dicite. De praedicatione Pauli in synagoga.

Surgens autem Paulus et manu silentium indicens, aggressus est facere grandem sermonem inchoans ab antiquo. Viri inquit Israelitae et qui timetis Deum de gentibus audite. Deus plebis Israel patres nostros elegit et exaltavit plebem cum essent incolae in Aegypto sive eorum in luto et latere de qua eduxit eos in manu forti. Et xl annis sustinuit mores eorum pessimos in deserto, induxit eos per terram promissam et destruxit vii gentes quae habitabant intra sortem, distribuens eis terram quasi post quadringentos et l annos. Et intelligendum est a nativitate Ysaac, a cuius nativitate usque ad exitum Israel de Aegypto effluxerunt ccccv anni, praeterea completis xl annis in deserto et v intra Chanaan divisa est terra. Et ita a nativitate Ysaac usque ad divisionem terrae effluxerunt anni cccc et fere cccl. Annos dedit eis iudices pro suo quod deinde fuit post eos sub iudicibus usque ad tempus Samuelis. Et inde postulaverunt regem, et dedit eis regem Saul qui regnavit super eos xl annis computatis simul annis Samuelis. Sic enim habetur in cronicis Hebraeorum. Et eo sublato de medio suscitavit eis David regem cui testimonium perhibens dixit: Inveni virum secundum cor meum. Ex huius semine suscitavit Deus Iesum salvatorem Israel, cui ad adventum praedicavit prius Iohannes. Viri inquit fratres filii generis Abrahae et qui inter vos sunt de gentibus timentes Deum, vobis specialiter verbum salutis huius missum est. Qui enim habitabant in Ierusalem et principes eius hunc ignorantes esse Iesum et ignorantes voces prophetarum quae per omne sabbatum leguntur, adiudicantes eum morti impleverunt necessitates. Deus vero

suscitatur cum tercia die amortuis. et visus
est p. xl. dies ab hijs qui simul ascenderant cum
eo de galylea in ierusalem. qui usque nunc sunt testes
eius ad plebem. et nos vobis annunciamus eam que
ad patres nostros facta est repromissio. quoniam hanc deus
adimpleuit filijs nostris resuscitans ihesum. sicut
et scriptum est. notum ergo sit vobis viri fratres quia per hunc vobis remissio
peccatorum annunciatur ab omnibus quibus non
potuistis in lege moysi iustificari. In
credit in hunc iustificatur. Videte ergo ne superveniat
contemptores ne veniat super vos iudicium dei quo
contemptoribus minatur. Et sequitur in hunc modum
videte contemptores et admiramini et disper
dimini quia opus operor in diebus vestris quod non cre
ditis quis non credentes opus quod operor in diebus
vestris s. in carnatione. Quare tristienit ad gentes

Exeuntibus autem illis rogabant ut in se
quenti sabbato loquerentur adhuc in syna
goga. Et cum egrederentur de syna
goga multi iudeorum et aduenarum i. gentilium
vel iudeorum de dispersione venientium secuti
sunt paulum et barnabam. Sequenti vero sabbato
pene vniuersa ciuitas conuenit ut audiret ver
bum dei. Videntes autem iudei repleti sunt zelo
i. inuidia. quia commoti ceperunt contradicere hijs que
a paulo dicebantur blasphemantes. Blas
phemi ii. quia ex inuidia obloquitur veritati.
Tunc repleti zelo contra paulum et barnabam constanter
dixerunt. Vobis oportebat primum loqui verbum dei
quia verbum domini dicens. Non sum missus nisi
ad oues que perierunt domus israel. Sed quia repellitis illud
et indignos vos facitis eterne vite ecce conuertimur ad gen
tes. Et non cum hoc legatur dominum hic a paulo
et barnaba in anthyochia predicare quia non in iudea sed
in grecia. Implentes loca legis ab apostolis
dominum in iudea. s. cum vellet tristare ad gentes
predicauit per xij annos predicauit in iudea. Sic
enim mandauit deus quod potuit vtrique dicta
dic. Sic enim precepit nobis deus. Posui te in lucem
gentibus ut sis in salutem usque ad extre
mum terre. Quod sunt in persona verba patris ad filium
ac si dicat pater filio. misi te ut propter tene
bras infidelitatis ut ad totum terre gentibus
dissiparet verbum illuminatus. Et cum specialiter dominum
sit christo non tamen quia tamen legitur dominum esse paulo
lo. quia tamen est vnio capitis et membrorum
ut quod dicitur capiti membris sibi reputet dominum
esse. Sicut et capite persecutione membrorum repu
tat in flicta dicens. Saule saule quid me
persequeris. De recepta predicacione a gentibus

Audientes autem gentes predicacionem de sa
lute sua. gauise sunt et glorificabant
verbum domini et crediderunt multi ex eis. Iudei vero
zelo i. liuore succensi concitabant mulieres re
ligiosas et primos ciuitatis et excitauerunt
persecucionem in paulum et barnabam. et eiecerunt
eos de finibus suis. At illi excusso puluere
de pedibus in illos. ubi dominus quod precepit illis. in testimonium
venerunt yconium. et ingressi ciuitatem locuti
sunt in synagoga et crediderunt copiosa multitudo
iudeorum et grecorum. Et demorati sunt multo
tempore fiducialiter predicantes dominum domino predicatio
ni eorum iuuante. Et firmante. Et nulli tamen
de iudeis in incredulitate permanentes suscitauerunt
et ad iracundiam prouocauerunt animos gentium
aduersus credentes. et diuisa est ciuitas. Alij
fauebant apostolis alij iudeis fauebant. Et
cum factus esset impetus gentilium et iudeorum cum
principibus suis ut contumelijs afficerent a
postolos et lapidarent. i. lapidibus fugarent
eos. confugerunt ad ciuitates lycaonie
s. lystram et derben et c. Hic dicitur sicut ve
nerunt lystram. ubi consequentis sermonis in
sequitur ubi dicitur. Et ibi quidam infirmus lystris
pedibus dicitur sedebat lystris. sed propter non conuenit
in ista hic verum consonantia ut dicatur lystris
lystris vel lystris sedebat. Lystris indeclina
bile. propter quod sequitur. Erat autem iste infirmus
pedibus claudus ex vtero matris sue et se
debat quia non erat habilis ad stare per se
non usque ambulauerat. Hic audiuit paulum
loquentem. Qui intuitus paulum et videns per
spiritum reuelante quod haberet fidem ut saluus fie
ret. s. tantam quia ad salutem sufficeret vel
fidem quod se saluandum crederet dixit magna
voce. In nomine domini ihesu christi surge et am
bula super pedes tuos rectus. et statim
exiliit et ambulabat. Turbe autem cum
vidissent quod fecerat paulus. putabant
eum et socium suum barnabam deos esse
et in forma humana eos apparuisse
et eleuauerunt voces suas dicentes. Dij
facti similes hominibus descenderunt ad nos
Et vocabant barnabam iouem quia
prior esse videbatur. paulum vero mercurium
quia semper iuxta opinionem eorum ioue comitaba
batur. quia eloquens et litteratus fuisse dicitur
et facundia hominibus preesse putant. vnde
mercurius quasi medius currens inter homines et
linguas dicitur latinis dicitur a grecis vero hermes

.i. in ea. Sacerdos quoque iovis qui erat in civitate
voluit sacrificare barnabe ut iovi. afferens
tauros ad immolandum et coronas vel ad orn-
andam faciem templi iuxta ritum gentilium
vel ut capitibus eorum imponeret ad ornatum
aut pro aliqua alia religione nobis ignota.
Ubi autem audierunt paulus et barnabas quod di-
vinos honores vellet eis exhibere sciderunt
vestimenta sua quod semper fecit iudei audita
blasphemia. et prohibuerunt contra talia exhi-
beri dicentes se homines mortales qui predi-
caverant ut eos revocarent ab ydolatria et
vix sedaverunt turbas ne eis immolarent.

De persecutione quam passi sunt

Demorantibus autem eis et docentibus
in lystris supervenerunt iudei ab yconio
et antyochia. et concitatis turbis in per-
secutione pauli lapidabant eum et eiecerunt
eum quasi iam cadaver estimantes eum esse mortuum.
De qua lapidatione ad corinth. loquens ait
Semel lapidatus sum. Sed discipulis eius
circumdantibus eum assistentes ei et vestientes
eum. Et nescientibus iudeis reversus est in
civitatem et occultus. Et postera die profectus est
cum barnaba in derben. et predicavit ubi sicut
fecerat in lystris. Postea venerunt per easdem civi-
tates per quas venerant confirmantes fideles
in fide et constituentes in singulis civitatibus
presbyteros id est episcopos quia eo tempore eodem nomine
censebantur presbyteri et episcopi. et postmodum statuerunt
per se episcopos quia erant magistri. et iterum
iterum ad eos eadem ampli reversi sunt. et
cum vidissent tristes lystram et yconium ve-
nerunt ad antyochiam pisidie. et transeuntes
pisidiam venerunt in pamphiliam re-
gionem. id est inter civitates et gentem. ibique locuti
sunt verbum dei. et descenderunt in attaliam
civitatem. et inde navigaverunt antyochiam
unde profecti erant segregati a spiritu sancto
ad predicationem eius.

.xv. ## De questione circumcisionis determinata

Cumque venissent
in antyochiam et congregassent fideles
antyochenos revelaverunt eis que et
quanta fecit deus in gentibus per eos et
morati sunt ibi non modico tempore cum discipulis
et diu ibi moram facientes descenderunt quidam
de iudea venientes ad hos tamen iudei credentes
qui fuerunt de secta phariseorum et sed tamen mi-
nima seditio inter eos et paulum et barna-
bam quia predicabat fidem absque legalibus
ad salutem non sufficere. et consenciebat eis
multi veteri consuetudine imbuti. Et statuerunt
ut per hac lite dirimenda ascenderet in ierusalem
ad maiores apostolos. scilicet ad petrum et iacobum
episcopum ierosolimorum. Et ascendit paulus cum bar-
naba assumpto et tyto sicut ipse refert
in epistola ad galathas. Et qui descenderant
de iudea ascenderunt contra eos quidam scilicet de
heresi phariseorum ad fidem conversi. Cum convenissent
ierusalem et cum inspexissent apostolorum petrus et iacobus
et seniorum surrexerunt contra paulum et barnabam dicentes
Oportere circumcidi fideles et observare legem
moysi. Et audita utriusque partis sententia convenerunt
apostoli et seniores ut diiudicarent super hoc.
Et post multam disceptationem et inquisitionem
factam inter apostolos et seniores surgens petrus
confabulari ostendit non esse imponendum fidelibus
iugum legis quia ipse consilio dei baptizavit
cornelium et gentibus predicavit verbum dei. id est evangelium.
Et quia deus predicatione eius confirmavit
fide mundans corda eorum antequam baptizaret
visibiliter mittens super eos spiritum sanctum non indigentes
eis observantia legalium. Quid ergo inquit nunc
temptatis imponere iugum super cervices discipulorum
quod neque nos neque patres nostri portare potuimus.
Et siluit omnis multitudo. Et audierunt paulum et barnabam narrantes
quanta signa et prodigia fecerat deus in gentibus
per eos. et tacebat multitudo audiens eos.

De sermone iacobi fratris domini

Et postquam
siluerunt locutus est iacobus adiciens verbo
petri. Viri inquit fratres audite me.
Symon narravit quemadmodum deus primo visitavit
gentes vocans eas ad fidem et testimonia
prophetarum et inductis in testimonium diversorum
prophetarum auctoritate pontificali protulit diffi-
nicionem sine dicens Propter quod ego iudico non
inquietari eos qui ex gentibus convertuntur ad
deum. sed scribere illis ut abstineant se ab ydolatria et a fornica-
cione et suffocato et sanguine. ydolatria siquidem
in gentibus maxime pullulabat. fornicacio
que naturale quoddam et nullius criminis reputabatur
inter gentes in specie. Decreverunt apud istos
prohibere gentibus. Erant quoque proni ad effun-
dendum sanguinem. Consueverunt et bibere
sanguinem immolatorum diis suis. in specie
prohibitum sunt a sanguine effundendo vel bi-
bendo. Quidam et ad literam prohibuerunt
eis animal suffocatum non comedi satisfacere sanguine
sed et placuit consilium iacobi apostolis et senioribus

-⁊ cum consensu elegerunt uiros ex quibus miserunt
epistolam cum paulo ⁊ barnaba iudam .s. ⁊ silam
⁊ premissa salutacione in hunc modum. **De
epistola missa conuersis ex gentibus**

Apostoli ⁊ seniores fratres hijs fratribus
qui ex gentibus salutem. **S**unt autem per sa
lutacionem hec uerba epistole. Audiuimus
quoniam quidam descendentes a iudea turbauerunt
uos uerbis euertentes animas uestras uolentes uirtutes
circumcisionis imponere iugum legis. Ideo de communi con
sensu decreuimus eligere uiros unum ⁊ mittere ad
uos cum karissimis nostris paulo ⁊ barna
Visum est enim spiritui sancto ⁊ nobis nichil ultra uobis imponere
oneris quam ut omnes abstineatis ab immolatis
simulacrorum ⁊ suffocato ⁊ a fornicacione
a quibus abstinentes bene agetis. Valete. **Ubi
consolati sunt conuersos ex gentibus**

Descendentes ergo paulus ⁊ barnabas in
anthiochiam ⁊ duo illi missi cum eis
Cuius descendissent congregata multitudine
tradiderunt eis epistolam. **E**t audita consolacione
de iugo legis non imponendo gauisi sunt fratres
de gentibus. Iudas autem ⁊ silas cum essent prophete
scripturarum expositores consolati sunt eos et
multum confortauerunt eos in fide. **N**otandum autem hoc
secundum quod de precepto assensu suo tunc
secundum litteram preparata scribit apostolus ad
galathas in hunc modum. **D**einde in post annos .xiiij.
a conuersione mea ascendi ierusalem cum barnaba
assumpto ⁊ tyto ⁊ tuli cum eis euangelium quod predico in
gentibus. **E**x quo anno xx nullo colligitur quod eodem
anno quo paulus ascendit ierusalem .s. xiiij a con
uersione sua eodem petrus ascendit romam ⁊ in
eodem anno sedit in kathedra episcopali in qua sedit
xxv annis .xiiij. illo xxxv .xxxij. residuum
xx .a. .v. anno a promocione beati petri in sede
romana .s. ultimo anno neronis passi sunt
petrus ⁊ paulus martirium ⁊ sic .xxxvj. anno
a conuersione pauli. **U**nde intelligitur paulum ad
fidem conuersum in eodem anno quo deus passus est. ⁊
post petrum ⁊ paulum .xxxvj. anno a passione
domini quo fuit ultimus neronis passos esse
martirium. Si quis autem legat aliquem paulum conuersus
ad fidem .ij. anno a passione domini intel
ligendum est .ij. anno emigrauit sicut alibi
determinatum est .viij. quam a passione domini
.xiij. anno claudij ascendit petrus romam
⁊ sedit in kathedra episcopali .x. annis sub
claudio qui regnauit .xiiij. annis
⁊ nerone post eum totidem.

Potest **Determinat quando sedit petrus**
autem queri quanto tempore **rome quando anthyoche**
sedit petrus in anthyochiana kathedra
constat enim quod sedit anthyochie .vij. annis in
sede episcopali quod necessario debet .vij. illorum .xiij.
intelligendum est quod a passione domini fluxerunt usque
ad eius promocionem in sede romana post .vij. autem
annos quibus sedit in sede anthyochena consilio
deo de urbem ascendit romam. Sed in ascensu transiuit
per anthyochiam ut confirmaret subditos suos in fide
⁊ ut secum teneret substituendum euodium in sede
anthyochena. **E**t in hoc transitu per anthyochiam
redarguitur a paulo quia cedens cum quibusdam fratribus
de iudea timens eos molestare discedebat
ab eis ⁊ ita cogebat gentes iudaizare. Unde
paulus ait. **C**um uenisset cephas anthyochiam
in facie ei restiti. **De causa dissensionis inter
paulum ⁊ barnabam**

Eo anno quo
ascendit petrus de anthyochia romam
paulo ⁊ barnaba anthyochie remanentibus
erat quidam precursor iudea qui per uiolenciam
uolens se usurpare potestatem constituendi sum
mum pontificem ⁊ mutandi pro arbitrio suo
⁊ ut posset summum pontificem unum uel duos
constituere in eodem anno. **E**t uidentes iudei quod non
posset ei resistere pecierunt ab eo licenciam
consulendi claudium imperatorem romanum ut
eius uoluntate hanc potestatem obtineret aliquo
desisteret ⁊ concessit eis. **E**t cum misissent ro
mam erat ibi agrippa herodis agrippe filius
decedentis in manu claudij dimiserat. **C**laudius
autem differebat eum mittere in iudeam tamquam de
cum per seuiciam iudeorum tum propter teneritatem
etatis eius. Iste audiens quod esset pro suis agendum
intercessit pro eis ⁊ obtinuit. **E**t rescripsit
claudius precursori ut abeat ex actione desi
steret. **E**t desistit. **E**t scripsit iudeis ut
super hijs gratias agerent agrippe. Adeuntes in
cessione hoc obtinuerant ⁊ iudei supplica
uerunt ei ut mitteret eis agrippam ⁊ faceret
eum tamquam regem ⁊ dominum. **S**ed tamen adhuc distu
lit. **S**ecundum quod in usum est ei misit eum in iudeam
non tamen reddidit ei totam terram patris qui
totum regnum auitum integre obtinuit. **S**ed
dedit ei galaaditidem regionem .s. ultra
iordanem terram duarum tribuum ⁊ dimidie
tribus ⁊ dedit ei potestatem constituendi summum
sacerdotem in iherusalem pro arbitrio suo quam
negauerat precursori. **I**ste fuit agrippa
in cuius regnum successerunt fideles de iudea

imminente excidio iherusalem ab angelo premoniti se
transtulerunt sub magistro. Sed nunc prosequamur de paulo
et barnaba qui adhuc demorabantur in antiochia
evangelizantes verbum dei. Post aliquot dies visum
est eis comodum visitare civitates in quibus predi
caverant verbum dei et instruere fratres et firmare
eos in fide et videre quomodo se haberent. Zelo cum eis
venire noluerunt. Barnabas autem voluit habere
in comitatu suo iohannem qui cognominatur marcus.
paulus autem noluit dicens. Non esse assumendum
quia sponte a re [illegible] recesserat nimis trepidus
fuerat. et quia timore mortis a predicatione
destiterat. qui scilicet ad pamphiliam discedens
reversus in iherusalem. quasi docens non erat assumendus
ad predicationem ne alios malo exemplo le
deret. Et facta est dissensio ut discederent ab
invicem. Et excusant eos sancti quod discesse
runt odio permoti sed a spiritu sancto ad hoc excitati
ut divisi in pluribus locis predicarent et plu
res lucrifacerent. Barnabas autem assumpto
marco navigabat cyprum. Ideo autem
eum noluit cum dimittere. Intelligitur fuisse cog
natus ei. Legitur autem fuisse consobrinus.
paulus autem per se fecit assumpto sila quem ad
huc remanere fecerat ut ei comparatur. et per
ambulabat syriam et ciliciam. Postea venit
in derben et lystram. Et erat quidam ibi
nomine tymotheus filius mulieris vidue hab
de patre gentili. cui perhibebant testimonium
religionis omnes fideles qui erant lystris.
Hunc circumcidit paulus cum eorum [illegible]
pro tollendo scandala iudeorum. ne scanda
lizarentur quod haberent apostolum incircumcisum. Sed
quia legalia post iuratam evangelii erant
necaria. paulatim tamen non subito tollenda
erant iudeis. et quasi cum honore matris sepelien
da erant. Postea duxit secum paulus tymo
theum et pertransiens civitates tradebat
observari decreta apostolorum et seniorum qui
erant in iherusalem. Et ecclesie confirmabantur
et multiplicabantur. Quod prohibiti sunt
apostoli ne irent quo vellent

Transeuntes
autem frigiam et galathie regionem
volentes ire in asiam minorem
prohibiti sunt a spiritu sancto. qui sciebat corda hominum
quia tunc non erant credituri. Noluit ergo
spiritus sanctus semen dare canibus et in prioribus de co
rrepta predicatione gravem dampnationem. voluit
quoniam has predicationes aliis discipulis reservari.
philippus autem et iohannes predicaverunt in asia

minori. lucas in bethania atque simul. a spiritu
sancto sunt prohibiti. Ab hiis duabus provinciis qui
sunt prohibiti sub una dicuntur esse. ut ne sanctum daret
canibus vel quia destinate erant a spiritu sancto aliis
apostolis. Asia minor iohanni. bethania luce. Ubi
agit ortus de provinciis vel decimis dandis
sacerdotibus reddit etiam aliam causam. Dicit
enim quod de prudens servus suus alonia cor
alem ab hiis provinciis servos suos per famem
prohibuit. et illam scilicet magnam famem in qua
helena sustentavit fratres pauperes qui erant
in iherusalem. que facta est quarto anno claudii neronis.
fuit hec helena mater constantini. sed regina
adyabenorum et amore capta rex adyabenorum
fecit eius duxit eam in uxorem. et concepit
ex eo. Et cum nocte dormiret cum eo. et posu
isset manum super ventrem pregnantis. ab eo
audita est vox in hunc modum. Vide ne ledas
puerum. quia magnus futurus est in mundo. Et
audita voce hic stupefactus dixit hic uxori
sue. Postea puerum natum cum omni diligentia
nutriverunt. Mortuo patre adhuc puer factus
est rex. et comedatum [illegible] Et hic est qui
iudaicis qui audierat unum deum coli a iudeis
voluit eundem et suscepit circumcisionem et vivens
eorum. huius mater helena veniens ierusalem invenit
fratres fideles in iherusalem in media laborantes qui
erant tunc famis. et emit granum undique
quia attulit argenti copiam ad emendum
et sustentavit fratres qui erant in iherusalem. Et
ad hunc gens iudea [illegible] ei quod morti
esset filius eius. et statim rediit. et fecit eius
hic corpus de sepulcro et recuravit in iudeam.
et fecit non longe a iherusalem extra duo mau
seolea. et in alio reposuit corpus filii
et precepit cum mortua esset in alio corpus
suum reponi. Et sic factum est. Et adhuc
apparent vestigia mauseolorum. et multi de
ecclesia putant esse mausoleum helene matris
constantini. De visione pauli
quam vidit apostolus que apparuit ei

Cumque pertransissent
misiam paulus et socii eius et
descendissent troadem visio per noctem apparuit
ei vir macedo id est angelus illius
gentis assimulatus viro macedoni
per etatem linguam vel formam spatii stans
et deprecans eum dicens. Transiens in
macedoniam adiuva nos. Ex hoc libro
vir fuisse homo et non angelus. Non enim
egent angeli auxilio dei. Sed hoc dicit

angelus accepta forma macedonis. Ut autem visum vidit statim quaesivimus proficisci in macedoniam certi facti quod vocasset nos deus evangelizare eis. Et non quod dicit [illegible] quaesivimus. Hic innuit lucas se primo fuisse comitem pauli. Forte enim prius primo adhesit ei. Unde nunquam in precedentibus aut venimus sed ubique venerunt et similia. Hic autem primum inserit se sociis pauli. Unde dicit quod ubi dicitur erat vir macedo supplex oculo stans. Glossa hebraica modica. Angelus autem semper stare dicitur. Unde plerique adherentes in antiphona pascali. Sedit angelus etc. dicunt stetit. Sed errant. Intelligendum est in hoc libro et legitur in evangelio angelos sedisse ut admonuimus. Navigantes autem a troade recto cursu samotraciam venimus et sequenti die philippis. Quae est prima civitas macedonie. Id est venientibus a mari prima occurrit. Et erat colonia. Dicitur autem colonia civitas illa quae per defectum indigenarum novis cultoribus impletur. Unde colonia quasi a novis cultoribus vel colonis dicta. Eramus autem in ibi per dies aliquot. Et die sabbatorum egressi sumus extra portam iuxta flumen ubi videbatur locus esse congrui orationis vel locutionis vel supplicationis. Orare namque accipitur pro supplicare.

Ubi recepti sunt a muliere purpuraria

Et sedentes loquebamur mulieribus quae convenerant. Et mulier quaedam nomine lydia purpuraria civitatis tyathirenorum audiebat nos loquentes. Potest autem intelligi purpuraria quasi utens purpura quia forsitan erat de regio semine vel potius purpuraria quasi texens purpuram vel quia vendebat purpuram. Cum autem baptizata esset et domus eius tota deprecata est nos dicens. Si iudicastis me fidelem intrate domum meam et manete mecum. Et invitum coacti. Adhuc enim abhorrebant intrare domos gentilium vitando scandalo iudeorum.

De spiritu phitonico a puella eiecto

Factum est autem euntibus nobis ad orationem obviaret nobis quaedam puella habens spiritum phytonicum quaestum [illegible] arte magica ut a spiritu phytonico vexata. Huius enim duobus modis distinguitur in sacra scriptura hoc scilicet phytonissa. Vel dicitur phytonissa quae a phytone spiritum suscitatione mortuorum operatur arte magica. Ut quando ad petitionem saulis ab inferis vocavit animam samuelis. Vel potius quasi spiritum immundum. Haec autem species artis magice ab apolline phyteo inventa est. Et ab eo originem cognominata est. Dicitur autem phytonissa quae a spiritu phytonico possidetur et [illegible] quasi organo suo ad divinandum, quali hic potius videtur accipi. Et erat quaestuosa dominis suis et multum accipiebat emolumentum ex divinatione ipsius. Haec subsecuta paulum et eius socios exclamabat dicens. Isti sunt homines servi dei excelsi qui annunciant nobis verbum salutis. Et sic clamabat multis diebus. Forte pro bonum vel male. Vel potius spiritus [illegible] spiritum phytonicum ut per eam veraciter loquendo urgeretur. Condoluit autem paulus ipsa clamante et conversus et dixit spiritui immundo. Praecipio tibi in nomine ihesu christi exire ab ea. Et exiit eadem hora. Quia indignum erat ut verbum evangelii per eam spiritus immundus enunciaret. Videntes autem hoc domini eius scientes quia maximum inde sumerent incommodum apprehenderunt paulum et silam et duxerunt eos ad principes in forum et offerentes eos magistratibus dixerunt. Hi conturbant civitatem nostram cum sint iudei praedicantes novam quandam religionem quam non licet nobis suscipere cum simus romani. Iam enim decretum erat a romanis ut nullus deus de novo coleretur nisi approbante senatu. Et cucurrit plebs adversus eos et magistratus. Et scissis eorum tunicis iussit eos virgis cedi. Et flagellatos misit plurimas eos in carcerem precipientes custodi ut diligenter custodiret eos. Qui accepto mandato eos misit in interiorem carcerem et pedes eorum strinxit ligno.

De motu carceris

Media autem nocte paulus et silas decantabant hymnum et adorantes laudabant deum. Et de media nocte orantes subito factus est terremotus. Id est terremotum omnia fundamenta carceris commota sunt. Ostia aperta sunt. Vincula omnium qui erant incarcerati rupta, non solum pauli et sile sed et aliorum. Expergefactus autem custos carceris et videns ianuas carceris apertas voluit se evaginato gladio interficere. Aestimans omnes incarceratos aufugisse. Et cum esset paulus in medio tenebrosi carceris videns hoc in spiritu exclamavit. Nihil tibi feceris mali. Universi enim quos custodiebas hic sumus. Tacebat enim quia timore volebat se manu necare quia putabat omnes incarceratos aufugisse.

Et petito lumine introgressus est; custos
carceris et tremefactus cum precidit qui sic fuerant in
tremorem. cum quod intellexit paulus quod se vellet
occidere. procidit paulo et syle ad pedes. et educens
eos deforis dixit. Domine quid me oportet facere ut
salvus fiam. At quid ille. Crede in dominum ihesum
et salvus eris tu et domus tua tota. Et lo-
cuti sunt ei verbum domini. et omnibus qui erant in
domo eius. Et tollens eos in illa hora lavit
plagas eorum et baptizatus est; et sic lavit et
lotus est. **Quomodo a magistratibus sunt di-**

Cumque perduxisset **missi**
eos in domum suam apposuit eis mensam
et letatus est cum omni domo sua credens
deo. Et cum dies factus esset miserunt ma-
gistratus lictores ad custodes carceris dicentes
Dimitte homines illos tamquam despectos. Di-
mittebant autem illos ne plures crederent
quam innotuit eis miraculum. Et nunciavit
custos carceris verba hec paulo. Quia miserunt
magistratus ut dimittamini. Nunc ergo ex-
euntes ite in pace. Ait quidem paulus. Miserunt
nos in carcerem flagellatos publice scilicet in-
dampnatos homines romanos. i. romano
imperio subiectos subiectione census capitis
et [illegible] et libertate romana donatos. et nunc
occulte nos eiciunt. Non sic. sed veniant ipsi
et inde nos eiciant. Et cum renunciassent
hoc magistratibus timuerunt audito quod romani
essent; et venientes deprecati sunt eos. et rogabant
ut egrederentur de urbe. Et exeuntes custodia
intraverunt ad lydiam. et visis fratribus consolati sunt
eos. Et inde profecti venerunt thessalonicam
ubi erat synagoga iudeorum. Paulus autem
ut consueverat introivit synagogam iu-
deorum. et per tria sabbata disserebat eis de scrip-
turis probans christum mortuum fuisse et sur-
rexisse. Et crediderunt aliqui ex eis et ad-
iuncti sunt paulo et syle. et mulieres non pau-
ce. et de proselitis et gentilibus multi magna.
Zelantes autem iudei. et assumentes quosdam
malos de vulgo concitaverunt adversus eos ci-
vitatem. **Quomodo iason iudicia eorum accidit**

Et venientes ad domum iasonis
apud quem hospitati fuerant quere-
bant eos producere ad populum vel pu-
blicum. et non invenientes eis percipientes a iaso-
ne fuisse occultatos eos traxerunt iaso-
nem et quosdam fratres ad principes civitatis
dicentes. Quia hii qui urbem concitant quos suscepit

Iason. et ipsi eos suscipientes faciunt contra
decreta cesaris. regem alium dicentes esse quod concita-
verunt principes adversus eos. et accep-
ta satisfactione a iasone et a ceteris dimise-
runt eos. ut sic reus publice suo manumis-
sio ita et publica fiat electio. Forte ia-
son et alii negaverunt se suscepisse eos. vel si
confessi sunt satisfecerunt. et per noctem dimise-
runt paulum sylam et barnabam. et introierunt
in synagogam iudeorum. et illi venientes pre-
dicaverunt ibi. et multi de bereensibus crediderunt
et multe mulieres honeste non pauce. **Quomodo**

Et audientes **paulus athenis fecit**
iudei qui erant thessalonice quod a pau-
lo predicaretur verbum dei venerunt illuc com-
moventes multitudinem et statim dimiserunt
fratres paulum ut iret usque ad mare. quia
magis persequebantur eum iudei eo quod esset dux verbi.
Silas autem et tymotheus remanserunt i-
bi. Qui autem deducebant paulum perduxerunt eum
usque athenas. Et videns civitatem ydolatrie
deditam cito remisit ad tymotheum et sy-
lam ut venirent ad eum. Et venerunt. Et dispu-
taverunt cum paulo epycurei. qui felicitatem
hominis ponebant in sola voluptate corpo-
ris et stoici in sola virtute animi. et inter se dis-
sencientes in inpugnatione apostoli unanimiter
consenciebant dicentes. Quid vult seminiver-
bius iste dicere. i. vere seminator verborum
scilicet messor morum. de his messione certans
verbis fructum. Alii autem dicebant. Novorum
demoniorum videtur annunciator esse. et apprehen-
dentes eum ad ariopagum. i. ad vicum martis
in quo scilicet erat templum martis. et athenien-
ses singulos denotabant vicos a diis
suis. quos colebant ut vicum in quo colebatur
mars vocabant ariopagum. quia areos
dicitur mars. vicum in quo colebatur pan voca-
bant panagopagum. et ita a singulis diis
singulos vicos denotabant. Erat autem
vicus excellencior ariopagus qui erat cu-
ria magistratuum et scole liberalium artium.

Et cum **De ara ignoti dei**
paulus esset in medio vel in presencia philoso-
phorum dicebant. Nova quedam
fers auribus nostris. possumus scire que est hec no-
va doctrina. q. d. quid vere possit esse
super hiis que dicitis. Stans autem paulus in
medio ariopagi dixit. Viri athenien-
ses per omnia vos superstitiosos presens-

cum inde simulacra, ara inventa est erecta non habens titu-
lum superpositum erat: ignoto deo. Singulis autem
aris supponebant titulum cui esset dedicata in di-
camus. Hunc ergo deum ignotum cui hanc aram
consecrastis ego annuncio vobis. Hic deus fecit mundum
et omnia que in eo sunt, in quo vivimus movemur et sumus.
Quod autem hec ara illi deo ignoto consecrata sit hy-
storia actuum non exprimit, ideoque cum dicimus supplere hic
vel dicere. **De phylosophi deum nature dixerunt pati.**

Dic autem quidam quod in die
passionis videntes phylosophi qui athenis erant
tenebras factas super universam terram
eorum non potuerunt causam videre quia hec fuissent
in naturalibus causis facta. Tamen adhuc inducti
sunt ut dicerent: deus nature patiebatur. Et dixe-
runt atheniensibus: construamus aram illi deo et de-
dicatam esse aram et superposuerunt titulum ignoto deo.
Et cum vellent offerre holocausta et victimas
illi deo ignoto dixerunt phylosophi: Bonorum nostrorum
non eget, sed facientes genuflexiones et gemitus fle-
xiones ante aram eius et supplicabitis ei, quia nec quid
oblacione pecorum sed devocione cordis. Hunc deum
ignotum annunciabat eis paulus asserens mor-
tuum fuisse et resurrexisse et ascendisse in ce-
lum et in fine orbem iudicaturum. Et cum predicaret
resurrectionem mortuorum quidam irridebant eum,
quidam autem non recipiebant nec respuebant di-
centes: Audiemus te de hoc iterum. Et exivit
paulus de medio eorum, et quidam adherentes ei
crediderunt, inter quos fuit dyonisius ariopagita quem
postea quem presul ordinavit apostolus in episcopum corin-
thiorum. Cuius conversionis modum quem pretermisit hystoria
actuum nostrum est supplere. **De dyonisio ariopagita**

Hic dyonisius erat magister
in ariopago et cum ad exhortacionem pauli
de facili crederet, tamen non nisi post longam discep-
tacionem. Cum adhuc quidem paulo disceptaret,
forte transivit cecus quidam coram eis, et sta-
tim dyonisius paulo: Si dixeris huic ceco in
nomine dei tui vide et viderit, ego credam statim,
sed ne utaris verbis magicis que forte nosti verba
in quibus hec efficacia. Ego conscribam tibi formam ver-
borum. Hanc inquit formam verborum dices ei: In
nomine ihesu christi nati de virgine crucifixi mortui
qui resurrexit et ascendit in celum vide. Et ut
omnis tolleretur suspicio, precepit paulus dyo-
nisio ut ipse eadem verba proferret. Et in ea
de forma verborum dixit dyonisius ceco ut vi-
deret et statim vidit et dyonisius confessus
est se credere. Et cum predicaret paulus athenis

et multos conversisset venit corinthum et invenit qui-
dam iudeum nomine aquilam cum uxore sua priscilla
quos sepe commemorat apostolus et salutat amicos
suos. Isti venerant de ytalia, iudeis omnibus
ex edicto claudii imperatoris de regno eius
exire compulsis, eorumque uxore eius agrippina plurima
familiaritate quam habebat cum eis adeo fecerant
aditus suos ut eam iudaizaret. Et hospi-
tatus est paulus apud aquilam et priscillam coope-
rans, quia erant credentes quamquam ipse sufficiat ex eo
de proprio labore manuum victum acquirens per
artem scenofactoriam. Faciebant enim ten-
toria sive papiliones que necessaria erant indi-
genis tunc propter immoderatum calorem vel commean-
tibus ut dicitur, ars scenofactoria a scenis
que sunt umbracula, vel alios a scenos grece quod est pa-
pilio. Fiunt enim similiter. Et cum venissent
silas et thymotheus de macedonia ubi dimi-
serat eos, predicabat paulus constanter ibi
et ante convenientes iudeos in synagoga cum
iudeis predicacione et cum quod precepit dominus
excussit pulverem de pedibus in testimonium
dixit illis: Mundus sum a sanguine vestro, quia
quocienscumque volui vos revocare ab incredulitate
vestra, sed quia pertinaces estis tunc ideo ad
gentes. Et migrans inde transivit ad do-
mum cuiusdam gentilis nomine tyti, cuius domus erat con-
iuncta synagoge. Hec est hic intelligendum de
tyto cui apostolus epistolam scripsit, qui eius fuit
discipulus quem et in creteusem episcopum ordinavit.
Et crispus princeps archisynagogus cum uni-
versa familia sua. Ille est de quo apostolus ait scri-
bens ad corinthios: Gratias ago deo meo
quod neminem ex vobis baptizavi nisi crispum et
gaium. Et multi corinthiorum audientes co-
nversione eius crediderunt et baptizati sunt. Et
apparuit dominus nocte paulo in visione dicens:
Noli timere, sed loquere et ne taceas, quia ego
tecum sum et nemo apponet manum ut no-
ceat te. Et fuit ibi per annum et sex menses.

Insurrexerunt quidam iudei
in paulum et traxerunt eum ad presenciam galli-
onis qui erat proconsul achaye regionis
in qua erat corinthus et accusabant eum
quod contra legem predicaret. Et locutus est gallio
ad eos: Si argueretis vel accusaretis de ali-
quo scelere manifesto super eum iudicarem, sed quia
disceptacio est de lege vestra non curo iudicare.
Et videntes gentiles quod non puniretur pre-
iudicio eorum, susinebant coram eo apprehendit sostene-

xviii

principem synagoge et percutiebant eum et nihil horum erat cure proconsuli. Paulus autem cum adhuc sustinuisset dies multos et cum in Cenchreis, que portus Corinthi, ascendisset navem ut in Syriam veniret, in Syriam totondit comam quam nutrierat, quia fuerat nazareus ex voto. Nazarei enim ex voto comam ad tempus nutriebant et completo tempore voti radebant et in igne sacrificii ponebant. Quidam codices habent totonderunt, unde quidam referunt hoc ad Aquilam et Priscillam, sed Augustinus et Beda ad Paulum hoc referunt.

Quod disputabat contra iudeos

Et venit Paulus in Syriam ducens secum Aquilam et Priscillam. Et cum venisset Ephesum ingressus est synagogam et disputabat cum iudeis. Et rogantibus illis ut cum eis amplius maneret non consensit, sed valedicens fratribus profectus est ab Epheso dimittens ibi Aquilam et Priscillam. Ipse autem perambulabat Galathiam et Phrygiam confirmando fratres. Et recedente Epheso Aquila et Priscilla venit Ephesum quidam iudeus nomine Apollo Alexandrinus genere vir facundus et potens in scripturis. Iste baptizatus erat baptismo Iohannis non Christi, et tamen credebat Christum esse Messiam in lege promissum et recte sentiebat de patre et filio, sed nondum adhuc de spiritu sancto audierat. Et cum vidisset eum Aquila et Priscilla fiducialiter predicantem assumpserunt eum et diligentius ei exposuerunt viam dei. Utrum autem baptizatus sit baptismo Christi non legitur. Cumque vellet venire Corinthum Aquila et Priscilla et ceteri fideles qui erant Ephesi scripserunt fidelibus qui erant Corinthi ut susciperent eum, ne abhorrerent eum tamquam iudeum. Et cum venisset Corinthum multum contulit fratribus qui erant Corinthi, vehementer enim iudeos convincebat. Unde multi confirmati sunt fratres.

Quod baptizati sunt qui baptismum Iohannis acceperant · xx ·

Factum est autem cum Apollo esset Corinthi ut Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum et inveniret quosdam discipulos a Iohanne baptizatos nondum tamen in fide confirmatos, qui post baptismum non acceperunt manuum impositionem et interrogavit eos: Accepistis ne spiritum sanctum credentes, id est manuum impositionem qua datur spiritus sanctus? Qui dixerunt: Sed neque si spiritus sanctus est audivimus. Ad quos ille: Non sufficit baptismus Iohannis. Et statim baptizati sunt in nomine domini Ihesu Christi. Et cum imposuisset illis manus post baptismum acceperunt spiritum sanctum et loquebantur variis linguis et quidam illorum prophetabant predicantes futura. Erant autem viri fere xii, forte xi vel xiii, erat et appositum quasi fere ad temperamentum. Et predicavit ibi apostolus cum fiducia per tres menses disputans et suadens de regno dei. Et qui prius prohibitus erat a spiritu sancto predicare in Asia, invenit nunc eodem spiritu inspirante predicabat Ephesi. Ex quo patet quam admiranda sunt iudicia dei.

Cum autem predicaret Ephesi quidam obstinati in incredulitate pertinaces maledicebant doctrine eius coram omni multitudine. Discedens autem ab eis segregavit secum discipulos disputans in scola cuiusdam tyranni, id est nobilis, vel forte nomen proprium est illi, ad quem domum conduxerat in qua docebat discipulos suos tamquam regens scolas. Et hoc fecit per biennium. Et in eodem biennio scripsit epistolam primam ad Corinthios. Et faciebat deus virtutes magnas et non quaslibet per manus eius ita ut sanarentur languidi quibus supponebantur semicinctia eius. Sunt autem semicinctia vestes tantum ab uno latere pendentes, vel quedam zone, vel quedam capitis ornamenta, vel quoddam genus sudarii quo hebrei utuntur quo laborantium sudor abstergitur.

De potestate nominis Ihesu

Videntes autem exorciste quidam quod ad invocationem nominis Ihesu Paulus eiceret demones excogitaverunt uti eadem forma verborum ad eiectionem demonum, quia per exorcismos Salomonis demones eiciebantur. Ipso tamen sequitur absque multo labore, sed quibusdam herbis et gemmis adhibitis ut tradit Iosephus. Ut ergo facilius eicerent demones adiurabant eos in hunc modum: Adiuro vos per Ihesum quem Paulus predicat ut exeatis. Et sic eiciebant demones de obsessis. Erant autem vii filii Sceve principis sacerdotum qui frequenter adiurabant demones in hunc modum. Et cum semel precipue adiuraret demonem ut exiret de corpore obsesso, respondens ei demon: Ihesum novi et Paulum novi, sed vos qui estis? Et insiliens in eos vulneravit eos egregie. Et exivit fama per universam regionem et cecidit timor super omnes exorcistas et magos ut non auderent amplius in hunc modum demones adiurare. Et congregati sunt omnes magi qui per artem magicam operabantur

demonib[us] et co[m]burebant libros suos an[te] pe-
des pauli. Post paul[us] p[ro]posuit ire in roma[m]
et in roma[m]. Misit aut[em] tymotheu[m] et era-
stu[m] in macedonia[m] ad p[re]parandas collectas q[ue]
erant delature in ierl[m]. Ip[s]e aut[em] ad t[em]p[u]s re-
mansit in asya maiori. De tumultu

Et f[a]c[t]a e[st] excitato p[er] demetrium
p[er]turbacio magna in t[em]p[o]re illo in
epheso. Demetri[us] aut[em] argentari[us]
q[ui] faciebat edes et ymagines argenteas
dyane co[n]uocauit eiusd[em] op[er]is opifices [et]
locut[us] e[st] eis in h[un]c mo[dum]. Viri quia de hi[c]
artificio multu[m] nob[is] lucru[m] co[m]parat[ur] pau-
lus q[ui] p[re]dicabat deos no[n] e[ss]e manufactos [con]-
ualuit doctrina ei[us] i[n] ampl[ius] in urbib[us]
et templu[m] magne dyane p[ro] n[ichi]lo repu-
tabit et maiestas eius destruet[ur] q[ua]m uene-
ratur uniu[er]sus orb[is]. Et statim ira repleti cla-
mauerunt una[n]imiter dicentes: Magna
te magna dyana ephesio[rum]. Et rapto gayo
et aristarcho socijs pauli traxerunt eos
in theatru[m] q[uod] spectaculu[m] ubi rei puniebant[ur].
.xx. Cu[m] aut[em] paul[us] hoc audito uellet uenire in thea-
tru[m] no[n] formidans se obicere morti dissuase-
r[un]t asiarche amici sui ei ne p[er]geret uen-
ire ibi. Postq[uam] aut[em] cessauit tumultus uocatis
discipulis paul[us] exhortat[us] e[st] eos et uale
faciens eis p[ro]fect[us] e[st] in macedonia[m] et inde uenit
athenas ubi cu[m] fuiss[et] trib[us] m[en]sib[us] posite s[unt]
ei insidie a iudeis in syria nauigaturo
sciens q[uod] deferret collectas. Olim cu[m] cer-
tarent uiator[es] no[n] potuerunt ei insidias
habuit ei [con]siliu[m] ut reuerter[etur] in macedonia[m]
ut ita euitar[et] insidias. Quida[m] u[er]o discipul[i]
sui p[ro]fecti sunt recta uia et p[re]cedentes
nos et lucas sustinueru[n]t t[ro]ade pau-
lum uenientes. Nos u[er]o nauigauimus
post dies azimor[um] a philippis q[ue] e[st] prima
ciuitas macedonie et in v. dieb[us] uenim[us]
troade ubi morati sum[us] vij. dieb[us]. Una au[tem]
sabbati e[st] p[er]hendinaturus disputabat pau-
lus cu[m] eis in crastino p[ro]fecturus et p[ro]traxit
sermone[m] usq[ue] ad media[m] nocte[m]. Erant
la[m]pades copiose in cenaculo ubi co[n]gre-
gati eramus. De mortuo excitato

Et cu[m] sederet sup[er] fenestra[m] a paulo
q[ui]da[m] adolescens et
grauaretur sompno cecidit
de t[er]cio cenaculo deorsum. Et sublatus
de t[er]ra oblatus e[st] paulo mortuus. Et dice-
bat eum. Sed cu[m] descendiss[et] paulus
incubuit sup[er] eu[m] et co[m]plexus eu[m] ait. Nolite
turbari. Anima e[ni]m ei[us] in ipso est. Hoc aut[em]
ait ut tolleret desperacione[m] ab eis. Simili-
ter d[omi]n[u]s dixe[ra]t: puella n[on] e[st] mortua s[ed] dor-
mit. Et surrexit adolescens et gustauit ci-
bu[m] et confortat[us] e[st]. Hic int[er] p[re]dicacio[n]is uerba
occurrit oc[casi]o ut oracione miracul[um]
confirmaret doctrina[m] pauli. Et ut talia signa
eor[um] m[ira]b[i]l[is] doctrina magis ab eis discessit.
Nos aut[em] ascendentes cu[m] lucas nauigaui-
mus masson ut i[bi] exciperemus paulum. Sic
e[ni]m disposuerat p[er] t[er]ram iter facturus.
Et cu[m] uenisset ad nos assumpto eo uenimus
miletu[m]. P[ro]posuerat paul[us] in t[ra]nsitu na-
uigare ephesum mora[m] no[n] facturus. Fe-
stinabat e[ni]m si possibile eet ut in die pen-
thecostes eet iherus[ale]m. Et a mileto tra[n]s ephe-
sum no[n] nauigauit s[ed] misit ephesum et uo-
cauit maiores eccl[es]ie. Et uocati uenerunt
ad eu[m] mileto. Et exhortatus e[st] eos dicens
se ascendere iherl[i]m[a]. Ecce inq[ui]t alligatus
sp[irit]u i[d est] sp[irit]u s[an]c[t]o ad id me coartante uado in ihrl[i]m
q[ue] i[bi] uentura sunt m[ihi] ignorans. s[ed] sp[iritu]s s[anctu]s p[er]
alios in p[ro]phetiam q[uo]d uincula et tribulacio[n]es
m[ihi] i[bi] manent. Alius e[ni]m reuelabat sp[iritu]s s[anctu]s de
ipso q[uo]d no[n] ip[s]i. S[ed] n[ichi]l hor[um] inq[ui]t uereor n[e]c fa-
cio animam mea[m] i[d est] uita[m] t[em]p[or]ale[m] p[re]ciosiorem
q[uam] me i[d est] q[uam] a[n]i[m]am mea[m] du[m] m[odo] [con]sume[m]
cursum meu[m] et ministeriu[m] q[uod] ego accepi a d[omi]no
ih[es]u testificare eua[n]g[e]l[iu]m g[rati]e dei. Et nu[n]c scio q[uia]
ult[ra] no[n] uidebitis facie[m] mea[m]. Ad hanc p[er]mi- .xxi.
tam exhortacione[m] posit[is] genib[us] una cum
omnib[us] ill[is] orauit et p[ro]cumbentes sup[er] collu[m]
pauli flentes osculabant[ur] eu[m] dolentes max-
ime de eo q[uod] dixerat q[uia] faciem n[on] e-
rant amplius uisuri. Et deduxerunt eu[m] usq[ue]
ad naue[m]. Et abstracti ab eis transeuntes
multas urbes et regiones uenim[us] tyru[m]
ubi mansim[us] vij. dieb[us] inuentis i[bi] discipul[is]
quida[m] p[ro]phe[tic]o sp[irit]u affuerunt paulo p[re]dice-
ntes q[uod] illi uentu[rum] erat in ierl[m] et dissuade-
bant ne ascenderet. P[ro]fecti sunt deduc-
centib[us] nos omnib[us] cu[m] uxorib[us] et filijs usq[ue]
foras usq[ue] ad ciuitatem. Et ualefa-
cientib[us] eis ascendim[us] naue[m]. Illi aute[m] re-
dierunt in sua. Nos u[er]o cursu[m] exp[le]to a ptho-
lomaidem et salutatis fr[atr]ib[us] mansim[us]
Apud eis una die. De agabo p[ro]ph[et]a
Alia aut[em] die uenimus qui paulo p[re]dixit

Cesaream. et intravimus domum philippi dyaconi. Huic erant iiii. filie virgines prophetisse predicentes paulo que ei eventura essent in iherusalem. Et cum moraretur per aliquot dies supervenit a iudea propheta quidam nomine agabus. Qui cum venisset ad nos tulit zonam pauli et ligans sibi manus et pedes ait. Hec dicit spiritus sanctus. Virum cuius est zona hec sic alligabunt eum iudei in iherusalem et tradent in manus gentium. Hoc audientes rogabamus eum nos et qui erant loci illius ut non ascenderet iherusalem. Et respondit. Quid facitis flentes et affligentes cor meum. Ego enim non solum alligari sed et mori in iherusalem paratus sum propter nomen domini ihesu. Et cum non possemus ei dissuadere quievimus dicentes. Domini fiat voluntas. Post ea preparati ascendimus iherusalem. Et venerunt quidam discipuli qui erant in cesarea nobiscum adducentes iasone hospite nostro. Et cum venissemus iherusalem libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autem die introivit paulus nobiscum ad iacobum qui erat episcopus iherosolimorum de quo dicit beda se hunc locum [illegible] annis rexisse [illegible] iherosolimorum usque ad vii. annum neronis quo sub [illegible] ex eo educebatur et pertica fullonis. Beda dicit quod precipitatus de templo. Alibi legitur lapidatus et potuit esse precipitatus et lapidatus cum iam vile cadaver. Hinc dicit beda mortuum iacobum vii. anno neronis. Ex hoc patet non esse autenticum quod legitur in epistola clementis qui nisi tempore illi epistole dicit se mandare quod accepisse a petro cui successit in apostolatu ut post mortem iacobo apostolo epistolas destinavit ut ab eo instrueretur. Hic est iacobus episcopus mortuus sit vii. anno neronis et prefuit usque ad xxiiii. ecclesie iherosolimitane.

De hoc quod obtulit secundum legem

Cum intrasset paulus ad iacobum collecti sunt seniores et fratres quos salutans narrabat per singula que fecisset deus in gentibus per eius ministerium. Qui cum audissent magnificabant deum et dixerunt paulo. Vides frater quot milia sunt in iudeis qui crediderunt tamen adhuc sunt emulatores legis volentes cum fide precepta servare legalia. Et audierunt de te quod predices abolitionem legis et eius observantiam sicut es qui destructor legis moysi. Conveniet multitudo audient enim te supervenisse. Consulimus tibi ut sanctifices te secundum legem moysi cum viris iiii. qui habent votum super se ut non appareat falsa opinio que in illis de te. Et statuerunt de eorum consensu ut iudeis ad fidem conversis nec prohiberent observationes legalium dum tamen non ponerent spem in eis. Et distinguere [illegible] synodos in similitudine celebratas. Prima de statutione mathie loco iude. Secunda de electione vii. dyaconorum. Tertia de legalibus quod statuit conversis ad fidem gentilibus non esse imponendum legalium onus quam ascenderunt paulus et barnabas de antiochia in iherusalem. Quarta de qua hic agitur qua constitutum est non prohiberi iudeos a legalibus observandis dummodo non ponerent spem in eis.

Quod ligatus est paulus a preside ad preces iudeorum

Postera die purificatus paulus cum iiii. viris intravit templum et cum eis obtulit oblationem suam sicut alii. Consummatis autem vii. diebus iudei qui venerant de asia persequentes paulum cum vidissent eum in templo quia viderant ephesi cum ephesio deambulantem cum eo putaverunt quod introduxisset eum in templum hominem gentilem. Et iniecerunt in eum manus clamantes. Viri israelite adiuvate. Hic est homo qui contra legem et populum et locum istum predicat ubique et insuper gentiles duxit in templum et contaminavit locum sanctum. Commotaque est omnis civitas et facta est dissensio populi et apprehendentes paulum traxerunt eum extra templum et clauserunt ianuas ne refugeret in templum. Et querentibus eum occidere nuntiatum est tribuno cohortis claudio lysie qui missus fuerat a felice preside. Qui assumptis militibus et centurionibus occurrit eis. Videntes autem eum desierunt percutere paulum. Et apprehendens paulum iussit eum ligari catenis duabus et cum de causa eius cognovisset. Et cum non posset audire pre tumultu iussit eum duci in castra id est in turrim regiam. Et cum forte venisset ad gradus templi vel ad gradum pontis ad quam perveniebatur paulus a militibus portatus. Sequebatur enim eum omnis populus clamans tolle eum ad mortem. Et cum duceretur paulus in castra ait tribuno. Licet mihi loqui ad te aliquid. Tribunus. Nosti grecam linguam ait. Non. Locutus est enim tribunus grece ne iudei intelligerent. Nonne tu es egyptius ille qui ante hos dies concitavit tumultum et eduxit in desertum iiii. milia virorum sicariorum. Et ideo dicit quod pluribus militibus et potuit comitando venire [illegible] post hec plura.

De egyptio mago

Egyptius iste pseudopropheta artem magicam quam consueverat nomine prophete et congregatis xxx. milibus iudeorum eduxit eos per desertum usque ad montem oliveti volens in iherusalem irruere ut eam caperet. Sed occurrit ei felix preses

cum multis milibus iudeorum armatorum fugam cum eis
paravit. i. alios occidit. Paulus autem videns tribuno
ait. Homo sum iudeus non egyptius a tharso ci
licie non ignote civitatis municeps. Id est ci
vis in tharso licet in oppido galylee nomine gisca
lo. quo capto a romanis translatus est tharsum
cum parentibus et ibi est conversatus. Unde ab eo vocat
me de se tharsensem. licet giscalo fuit natus
sicut xpus nazareus dicitur cum in bethleem sit natus.
Item conversatus in tharso est municipis ad
differentiam civitatis. Unde non vocat se civem sed
municipem a municipio civitatis in qua nutri
tus est. Dicuntur autem municipes incole civi
tatis qui munia debita vel tributa solvunt
civitati. **Quomodo paulus permissus est loqui populo**
Prosequitur. i. magis declarat quod dicit paulus
se civem romanorum. Sciendum quod tempore suo
populus sequens diligentiam et capacitatem gratiam
romanorum et donatus est libertas romana libera
te ut putaretur civis romanus esse ipse et here
des sui. et sic iure hereditario habebat paulus
consortium romane civilitatis. Rogo permit
te me loqui ad populum. Et permissus cepit loqui he
braice. Et audientes magis prestiterunt ei si
lentium. Viri fratres inquit ego sum hebreus
natus in tharso cilicie nutritus in hac civi
tate secus pedes gamalyel. i. ab eo eruditus
sum emulator legis sicut et vos. Cum vero de
scendissem in precepto sacerdotum et prosecutus sum
xpianos. ad litteras accepi in damascum. ut sicut
i venirem xpianos iudeos perducerem in ierusalem
et ea prosecutus est qui passus est cum eo conversatio
tua et qui conversus et baptizatus est ab anania
et qui postea mihi cum reddit in ierusalem
et dum orarem in templo factus in extasi et vidit
et audivit xpm dicentem mihi. Festina et exi ve
lociter de ierusalem quia non recipient testimonium tuum
de me. Ad quod ipse inquit. Domine ipsi sciunt quia
ipse prosequebar et fideles tuos. Et cum
stephani lapidabatur. Quasi dicat. Valde est sufficiens hoc
exemplum conversionis mee. Et dixit ad eum. Vade
quia ad nationes mittam te longe. quasi dicat. neque
propter hoc credent tibi iudei. et ideo mittam te
ad gentes que tam loco quam alio a iudeis sunt
longe. **Quomodo se civem romanum dixit**

Audiebant autem eum usque ad hoc verbum in silentio audi
entes cum iudei. audito quod destinaret
ad gentes unanimiter vociferabant se
plagantes vestimenta sua et pulverem iacta
bant in aera. sine gratitudine et sine fine

Stephi custodiebat
vestimenta lapidan
tium.

exprimentes dixit tribunus. Tolle de terra huiusmodi ho
minem. Fac audire eum. Et iussit eum tribunus duci
in castra in turre. s. illa que dicebatur anthonia et
agrippina et eum flagellis et torqueri ut inve
nirent causam cur taliter contra eum clamarent. Et cum astrin
xissent eum loris. dixit paulus astante centurione
Licet vobis flagellare hominem romanum et indem
natum. i. in nullo reatu ordine iudiciario convictum.
Quo audito centurio accessit ad tribunum dicens
Quid acturus es. hic homo civis romanus est.
Et accedens tribunus ad paulum quesivit ab eo
an romanus esset. et confessus est. Et ait tribunus
Ego multa summa pecunie hanc civilitatem conse
cutus sum. Et ego inquit paulus et natus sum. Sed
postquam ipsi ut predictum est eius progenitores
propter aliquid quod fecerunt romanorum civilitate do
nati sunt et donati ab eis ipsi et heredibus suis
et statim discesserunt qui erant eum torturi
et timuit tribunus audito quod esset civis

romanus. **xxiij**

Postera autem die volens scire diligentius causa
propter quam paulus accusatur a iudeis solvit eum et iussit sacer
dotes convenire et omne concilium. Et producens pau
lum statuit eum inter illos. et cepit paulus loqui
concilio. Viri fratres inquit ego omni conscientia bona
conversatus sum apud deum usque in hodiernum diem
Princeps autem sacerdotum ananyas precepit
astantibus ut percuterent eum in os. Tunc
ad paulum. Percutiet te deus pa
ries dealbate. i. deus vindicabit iniuriam hanc
hypocrita qui exterius sanctus es. Et tu sedes iudicans
me secundum legem et contra legem iubes me percuti. Iudicas
legem quod confiteris me blasphemum non
me iudicans ordine legis quod precipit blas
phemum esse adductum ad omni populo la
pidari. Vel forte prophetavit paulus de abo
litione sacerdotii iudeorum dicens percutiet te
quasi dicat. Destruet te et sacerdotium iudeorum. Et qui
astabant dixerunt. Summum sacerdotem
dei maledicis. Et ait paulus. Nesciebam
fratres esse principem sacerdotum. verum est si hoc
scirem verum esset. Scriptum est enim principem
populi tui non maledices. Vel quia mystice dicit se ne
scire. i. sacerdotium iudeorum reprobatum esse.
Et licet novit hunc non esse vere principem sacerdo
tum tempore. Et instruens alios ut mode
ste se habeant circa prelatos suos. Sciens
autem paulus partem iudeorum excogitavit
quia moveret scisma inter eos. Et erant **phariseis et**
saducei contra omnibus confessus est.

se esse de secta phariseorum et predicabant vitam eternam et ita concitaret alios contra alios, et verbis illorum audire mallent alios. Erat preterea dissensio magna inter phariseos et saduceos. *Quod deus paulum confortavit*

Tunc quidam de phariseis qui favebant paulo contra saduceos dixerunt: Nichil mali invenimus in homine isto. Quid si spiritus locutus est ei vel angelus? Hoc autem contra saduceos dixerunt negantes angelum esse vel spiritum vel animam. Et cum facta esset tanta dissensio timens tribunus ne discerperetur paulus a saduceis volentibus eum rapere iussit milites superiores descendere et rapere de medio eorum et duci eum in castra. Et sic factum est. Sequenti autem nocte apparuit dominus paulo dicens: Constans esto. Sicut enim de me testificatus es in ierusalem sic oportet te et rome testificari. *Quod voverunt mortem pauli*

Facto autem die collegerunt se quidam ex iudeis et devoverunt se maledictioni si comederent vel biberent donec occiderent paulum, quod ingresso [illegible] anathematizaverunt. Erant autem plus quam xl viri qui hanc coniurationem fecerant. Et accesserunt ad principes sacerdotum et seniores dicentes: Devotione devovimus nos nichil gustaturos donec occidamus paulum. Persuadete ergo tribuno ut adhuc producat eum in medium ad vos tamquam aliquid certius de eo cognituri. Nos vero parati erimus occidere eum. Hoc autem audiens pauli nepos filius sororis eius intravit in castra et nuntiavit paulo. Et advocans paulus unum de centurionibus ait: Adolescentem hunc perduc ad tribunum, habet enim aliquid indicare illi. Quod cum fecisset adolescens ad tribunum exposuit ei dolos et insidias iudeorum contra paulum. Tunc dimittens adolescentem tribunus precepit ei ne cui hec revelaret. Et vocatis duobus centurionibus ait illis: Parate milites ducentos ut eant usque cesaream pedestres et equites lxx quia sic non erant pedestres et lancearios ducentos a tercia hora noctis, et parate iumenta ut paulo et comitibus suis imponant et perducant eum salvum et incolumem ad felicem presidem.

xxiiii *Quod ante presidem contra tertullum contendit*

Scripsit autem tribunus epistolam in hunc modum: Claudius lysias optimo presidi felici salutem. Non recitavit que in epistola scripta fuerant. Nomen excellentie premisit et nomen suum quod erat inferioris postposuit. Preterea exposuit in epistola causam accusationis pauli et modum et ordinem accusationis.

Tunc qui venerunt cesaream nuntiantes cum paulo tradita epistola presidi statuerunt paulum ante eum. Et epistola perlecta agnito quod esset de cilicia ait preses: Audiam te cum accusatores tui venerint, et iussit eum custodiri in pretorio herodis. Post v autem dies descendit princeps sacerdotum ananias cum senioribus et cum oratore quodam tertullo qui erat advocatus eorum. Et proposuit tertullus ante felicem et tulit accusationem paulum. Postea annuente preside respondit paulus ostendens quod nichil dignum morte commiserat quia sic predicabat. Et audito quod esset iustitia de lege eorum suspendens felix ait: Audiam vos cum tribunus lysias descenderit, et iussit paulum esse in libera custodia ut libere posset ingredi et egredi et deambulare et nec prohiberetur quisquam de suis ei ministrare. Post non aliquot dies veniens felix cum uxore sua drusilla et vocavit paulum. Ista drusilla iudea erat et pulcherrima quam olim duxerat azizus rex emisenorum et cum vellet ducere eam negavit dicens quod nullo modo nuberet incircumciso. Postea ille circumcidit se et duxit eam. *De felice preside et beronice*

Cum autem missus esset felix a claudio imperatore preses iudee sollicitabat per iudeos ut nuberet ei et tandem ad hoc induxit et cognatione sue beronice que olim dimisso viro suo nupserat [illegible] regi filio herodis agrippe qui habebat terram ultra iordanem. Dimissa ergo priore viro suo azizo rege emisenorum drusilla nupsit felici. Hec drusilla quia iudea erat libenter audiebat paulum de fide que est in christum ihesum. Et cum disputaret paulus de iustitia et castitate et iudicio futuro tremefactus est felix audiens se iudicandum. Vade inquit quia tempore oportuno accersiam te. Hoc autem dicebat sperans se a paulo aliquid accepturum, putabat enim paulum habere pecuniam. Unde frequenter accersiens eum loquebatur cum eo. Biennio autem completo successit festus felici missus a nerone. Non autem intelligatur biennio apud iudeam felicem non potuit stare cum longe vero constat eum prefectum a claudio. Festus autem missus est a nerone qui successit claudio. Sed autem intelligatur biennio accusatione pauli, non sic poterit stare, cum non iam fluxerint duo anni ex quo venerat in urbem, vel intelligendum est ab accusatione felicis, ergo accusatus est a iudeis.

De dissensione orta inter iudeos

Orta est dissensio inter iudeos

et gentiles in cesarea de honore civitatis
Iudei .n. preferebant se gentilibus quia Herodes
Ascalonita qui occasionem accepit structor
dicte civitatis. et appellavit eam cesaream in
honore cesaris. Gentiles autem preferebant
se iudeis dicentes quod a gentibus facta est primaria
civitatis edificatio. que antequam reedifica-
retur ab auctore dicta est pyrgos stratonis. Flex-
it autem primo fovit partem iudeorum cum exhau-
sit maior superbia iudeorum. f. eorum. propterea fovit
partem gentilium in tantum quod militibus gentilibus
dedit licentiam intrandi domos iudeorum et di-
ripiendi bona eorum. Unde accusatus a iudeis
apud neronem et biennio ab administratione amo-
tus et abdicatus. et substitutus est Festus. Volens
autem in fine prefecture sue placere iudeis
reliquit paulum vinctum. Festus autem cum venisset
in provinciam post triduum ascendit Ierusalem
a cesarea. Et rogaverunt eum principes sa-
cerdotum et primi iudeorum ut iuberet addu-
ci paulum in Ierusalem. parantes ei insidias ut
occiderent eum in via. Festus autem ait se in ce-
sarea maturius descensurum. et eorum accusa-
tionem si potest descendentes ibidem auditurum.

De appellacione pauli ad cesarem

Moratus autem festus inter eos paucis die-
bus decem in cesarea. et sedit pro tri-
bunali. productus est autem paulus
in medio et accusatus a multis ab his qui descen-
derant de Ierusalem. sed non poterant probare quod obi-
ciebant ei paulo in omnibus rationem reddente
Festus autem volens placere iudeis ait paulo
vis ascendere in Ierusalem et de his iudicari a-
pud me? Ait paulus. Ad tribunal cesa-
ris sto. ibi oportet me iudicari. Erat enim
in cesarea secretarium quam vocabat paulus
quia pallatio herodis cesaris ut ibi sederet sic
cum iudicaret cesarea. vel quos mitteret iudi-
ces. Et excusabat se paulus dicens iudeis
non nocui sicut nostis. Si quid dignum morte
commisi non recuso mori. Si nihil commisi. nemo
est qui me audeat tradere eis. quia ad cesarem
appello. Tunc festus consilio respondens
ait. Ad cesarem appellasti ad cesarem ibis

De hoc quod agrippa cognovit in festo

Et cum dies aliquot transacti essent descen-
dit in cesaream cum uxore sua beroni-
ce que fuit dicta est nomen et intelligen-
dum beronice que fuerit uxor eius sed quasi
uxor. Erat autem uxor eius id est cognata sua

ydioma hebreum. et tamen eam diligebat
et imponebatur ei quod abutebatur ea. De-
scenderat autem rex agrippa in cesaream audito
quod in eam festus ut accusaret iudeos apud eum
Iste namque agrippa infestus erat iudeis
quia cum accepisset potestatem a romano impera-
tore constituendi summum sacerdotem in Ierusalem con-
stituebat sacerdotes eos qui non erant aa-
ronite. Fecerat enim in palacio suo fenestram
eminentem unde poterat videre quecumque fiebant
in templo sacrificia. quod moleste feren-
tes iudei. fecerunt oppositum murum fenestre
eminenciorem. Venerat ei specialiter agrippa
rogaturus festum ut murum illum obrueret
Causam tamen descensus agrippe in cesaream
non habes in hystoria actuum. Sed Josephus supplet.

Quod probavit paulus coram agrippa

Cum descendisset agrippa honorifice
receptus est a festo. et cum dies plures
moram fecisset ibi. consuluit eum quid fa-
ceret de paulo. et exposuit ei accu-
sacionem iudeorum contra paulum. Et agrip-
pa se velle videre paulum. Altera die ve-
nerunt agrippa et beronice cum multa am-
bitione .i. multo desiderio audiendi
paulum. Et cum intrassent auditorium cum tri-
bunis et viris principalibus civitatis iuben-
te festo adductus est paulus. Et dixit fe-
stus. Agrippa rex. et vos omnes qui simul
adestis videte hunc de quo universa mul-
titudo iudeorum interpellavit me in Ieru-
salem clamantes eum dignum morte. ego autem
nil eo comperi dignum morte. Ideo cum
appellaverit ad augustum eum mittere Romam
decrevi. Sed irrationabile mihi videtur mittere
aliquem vinctum et causam eius non significare.
Ideo consulo te rex agrippa super
hoc quia non habeo quid certum scribam de eo
Tunc agrippa ad paulum. Permittitur tibi
loqui pro te. Tunc paulus extensa manu
more concionantium vel ad faciendum silen-
tium cepit de omnibus reddere rationem super
quibus accusabatur a iudeis. Beatum me
reputo rex agrippa. cum a te audiar
cum sis sciens omnia que sunt in lege moy-
si et novis consuetudines iudeorum. Propter quod
obsecro te ut pacienter me audias. Et
prosequitur modum conversionis sue et super
quibus accusatur a iudeis. Et post multos
sermones pauli. Ait festus voce

magna. Insanis paule. Multe lre faciunt te insanire. Non insanio optime inquit feste sed ueritatis et sobrietatis uerba eloquor. Scit enim rex agrippa hoc, in cuius presencia loquor. Latere enim eum ni arbitror. Neque enim hec in angulo sunt gesta. Credis agrippa prophetis. Scio quia credis. Ad que agrippa. In modico suades me christianum fieri. Ad que paulus. Opto apud deum non tantum me, sed et omnes qui audiunt hodie fieri tales qualis ego sum, exceptis uinculis meis. nolo enim uinclatos esse.

Quod paulus missus est romam

Tunc surrexerunt rex et preses et beronice et qui assidebant eis. Et cum secessissent loquebantur ad inuicem dicentes. Nil dignum morte aut uinculis fecit homo iste. Et ait agrippa ad festum. Dimitti poterat homo iste, si non appellasset ad cesarem. Et decreuit agrippa quia appellauit mittendum esse ad cesarem. Et traditus est paulus iulio centurioni cohortis auguste magistro militum, scilicet qui missus fuerat ab augusto. Et prius miserunt iudeos roma iudei contra agrippam aduersus quem multas habebant querelas, quia ut sibi preparatum est, constituerat ysmahelem summum sacerdotem, cum non esset de gente aaron. Et hic ponit hystoria cathalogum sacerdotum qui fuerunt ab institucione sacerdocii usque ad tempus eiusdem, secundum distinctionem temporum. Ab aaron usque ad tempus dauid. Et fuerunt singuli. xiiii. unus post alium in sexcentis. xii. annis. Et succedebant filii patribus primogeniti. Filius aaron scilicet eleazar successit ei in summum sacerdotem. Filius eleazar successit ei. Et ita usque in posterum. nam de ythamar non erant summi sacerdotes sed minores in pauca eorum tempora domini. Nam in heli sacerdocium translatum est ad filios ythamar. Abyathar quoque erat de ythamar quem deposuit salomon, et ei loco statuit sadoch de eleazar.

Replicatio hystorie

Dauid autem uolens ampliare cultum dei, uidens quod non sufficeret unus summus sacerdos amministracioni, quia si infirmaretur non erat qui incensum poneret, quod necesse erat singulis diebus offerri. Instituit. xxiiii. summos sacerdotes quorum. xvi. de genere eleazar. viii. de gente ythamar. Unus tamen illorum ex. xxiiii. summus erat qui dicebatur princeps sacerdotum. Amministrabant autem per septimanas, quia iure hereditario sunt deuolute ad posteros eorum. Et unusquisque. xxiiii. summorum sacerdotum tamen cum amministrabat habebat secum. xxiiii. minores sacerdotes et totidem leuitas et totidem ianitores. Duplicem numero nathineorum. Fuerunt autem. xviii. principes sacerdotum a tempore dauid usque ad transmigracionem babylonis in quadringentis. lx. annis. A transmigracione autem cessauit sacerdocium usque ad reditum de captiuitate sub zorobabel et ihesu magno sacerdote. Et inde usque ad tempora machabeorum fuit tempus sacerdocii. Tempore autem machabeorum non deputatur sacerdocio quia ipsi erant duces et sacerdotes. Et sic usque ad herodem aschalonitam qui fecit occidi quosque inueniebat in ierusalem de gente sacerdotum ne iterum ad eos deuolueretur regnum. Et diuidebatur summum sacerdocium usque ad euersionem. Et uendebat summum sacerdocium quandoque uni quandoque pluribus simul. Et fuerunt omnino usque ad euersionem ierusalem. xxviii. summi sacerdotes. A tempore autem herodis usque ad euersionem ierusalem non potest colligi summa annorum. Sed constat fuisse. c. cum herodes ante natiuitatem domini. xxx. annis regnauerit. Et dominus. xxxiii. annis uixerit. Et a morte domini usque ad euersionem ierusalem. xl. anni fluxerunt. Sed de hijs hactenus sufficiat.

De tempestate in mari, cum periclitaretur paulus

Traditus autem paulus iulio centurioni ut preparatum est, et dedit deus graciam paulo in oculis eius ut humane tractaret eum, et prohibebat amicos eius in cautelis bus per quas transibant ei ministrare. Prosequitur ergo lucas de progressu itineris. Ascendentes inquit nauem adrumetinam incepimus nauigare circa asye loca. Quidam autem sillabicando uoluit distinguere adrumetinam ut dicatur per compositum adrumetinam, quasi ad romanam scilicet rome tendentem. Sed melius sonat a nomine ciuitatis dici adrumetina. Adrumetus enim ciuitas est affrice. Preterea enumerat lucas ciuitates per quas transibant, quas non est necesse enarrare in singulis, cum gesta sunt aliqua in eis permittenda. Inde cum uenerunt lystram ubi paulus habuit plures amicos qui ministrauerunt ei. Ibi inueniens centurio nauem alexandrinam nauigantem in ytaliam transposuit nos in eam. Dicit lucas de naui. scilicet quam prius ascenderamus nos transtulit in eam. Et cum multis diebus nauigassemus lente, scilicet uento ire libere prohibente tandem

adnauigauimus cito · et inde iter deuenimus in locum qui dicitur boniportus · et in multo tempore fuimus non ausi ingredi mare cum non esset tuta vel apta nauigacio eo quod non ieiunium preterisset fames magna in nauigio adnauigandum reddat nautas infirmiores · Vel de ieiunio · vij · mensis potest intelligi · quod est inter diem propiciacionis et scenophegie · scilicet inter decimam diem septembris · et · xv · et sic probat non esse tutam nauigacionem quia iam erat · vij · mensis quo incipit yems · secundum hebreos quod apostolus primum computant · In yeme autem non est tutum nauigare · Vel potest intelligi de ieiunio instituto in memoriam mortis godolie · quod in fine fit septembris · vel de ieiunio decimi mensis · quod scilicet fiebat in ianuario · quod statuerunt auditis rumoribus de destructione templi in babylone ·

Cum autem molestum esset centurioni et aliis quod possent nauigare · consolabatur eos paulus dicens · Viri fratres forte video ex signis tempestatis · vel inspiritu prophetico quod non sine multo dampno non solum honeris et nauis sed et animarum nostrarum incipit nauigare · Centurio autem magis credebat naucle(r)o sive nauiculario quam paulo · id est domino nauis · Nauclerus autem dicitur in sortem cadit totius nauis · Cleros · id est sors · Hoc compulit centurionem magis credere nauclero quam paulo · quod portus ibi erant non erat idoneus ad yemandum · et ideo consulebant omnes de nauigare si quo modo possent in aliam portum peruenire quod magis ydoneus esset adyemandum et cum consilium pauli aspirante austro ad propositum anhelantes intraguerunt mare · Et cum aliquantulum processissent · insurgens ventus typhonicus misit contra nauem qui dicebatur euro · Dicitur autem ventus typhonicus · id est inflans mare et faciens mare intumescere · Typhos interpretatur inflacio · Et cum arreptus esset nauis et non posset conari contra ventum cessante nauigio ferebamur in impetum · et decurrentes ad insulam quandam que dicitur cauda vix potuimus obtinere scapham de naui in mare deponendam in adiutorio nauis · quia impetu fluctuum fere rupta est · Scapha dicitur leuis nauicula de una tantum arbore concauata · vel dicitur modica nauis viminea crudo corio tecta · Qui sumi ueunt propter ad speculandum et ad explorandum · Et deferimus sibi nauicule vasa et in iminente naufragio deponunt in mare ad subueniendum naui · quod huius nauis agitur · et in procinctu tempestatis armabant · Cum autem sic tempestate valida iactarentur sequenti die fecerunt iactum · et tercia die eiectionem utensilium de naui · Quod desperabant propter diuersitatem aeris

Et cum sol in die non et in nocte sidera apparerent ablata est omnis spes salutis · Et cum fuisset diuturnum ieiunium forte uoluntarium propter amorem dei tempestate · vel necessarium quod forte arcabatur penuria victualium omnibus proiectis in aquam stans paulus in medio eorum dixit · Oportuit quidem consilium meum accipere michi et lucri facere in iuriam hanc et iacturam · Nunc tamen suadebo vobis bono animo esse · Et estote quasi nemo peribit quod vobis non placeant iacturam nauis · Astitit · n· · in hac nocte angelus dei cuius sum dicens · Ne timeas paule cesari oportet te assistere · et ecce donauit tibi deus omnes qui nauigant tecum · id est merito tuo conseruauit ut me nemo eorum peribit propter quod inquit bono animo estote · credo · n· deo meo quod sic erit quod ad modum dictum est · In insulam quandam oportet nos uenire · Quod deo autem de hoc solicitus tate ut intendes hoc implere et ex speret salutem · Sed postquam · xiiij · dies nox superuenit circa mediam noctem suspicabantur autem naute se apparere quandam regionem · et submittentes bolidem plumbi quo maris profunditas exploratur inuenerunt passus · xx · pusillum inde separati inuenerunt passus · xv · et timentes ne in aspera loca incederent de puppi mittentes · Anchoras · iiij · optabant diem fieri

De constancia pauli

Et cum vellet naute fugere dimittentes scapham videns hoc paulus inquit dixit centurioni et militibus · Nisi hii manserint in naui homines isti non poteritis salui fieri · Et statim milites absciderunt funes schaphe et abiit per mare · Cum autem illucesceret dies rogabat paulus omnes ut sumerent cibum ut fortiores essent ad laborem suscipiendum ·

Quomodo confortauit illos paulus

Quartadecima dies inquit est hodie quam expectantes serenitatem ac ieiuni permansistis nil accipientes · forte die illa nil comedebat uel forte dies plures sine cibo transierant

Confortamini inquit et cibum sumite, quia nec capil-
lus de capite unius non peribit. Et hoc dicto sume-
bant cibum cum gratiarum actione in conspectu omni-
um more solito. Et cum fregisset cepit man-
ducare. Alii quoque animequiores facti sumpserunt
cibum. Et erant in navi anime CCLXXVI. Tunc

Tunc consulebant milites occidi vinctos

confortati cibo alleviabant navem
iactantes frumentum in mare. Cum autem
factus esset dies non cognoscebant terram. Si-
num autem quendam considerabant habentem litus
in quo cogitabant si possent ducere navem.
Et cum anchoras sustulissent committebant
se mari sine conatu navigii, et levato
artemone id est velo quo ventus eos duce-
bat tendebant ad litus. Artemo dicitur
modicum velum directorium navis potius
accommodatum quam felicitati. Et cum incidissent
in locum bithalassum impegerunt navem. Di-
thalassus proprie dicitur longitudo terre in mare pro-
tensa hinc et inde circumdata mari. Et
dicitur bithalassus quasi mare bissecte terre recte
divisum. Et navis offendisset in bithalas-
sum. Prora manebat immobilis. Puppis
vero frangebatur maris impetu super-
venientis. Et consulebant milites vinctos
omnes occidi, ne forte natando aufugerent.

Quomodo egressi sunt in insulam.

Centurio vero volens servare pau-
lum prohibuit hoc fieri. Censet et
quicumque possent evadere. Et iux-
ta quod predixit paulus evaserunt omnes egressi
in insulam que vocabatur mitiline. Et
cum egressi essent barbari habitatores in-
sule officia humanitatis diligenter
exhibuerunt eis. Accensa pira refici-
ebant eos. Et dum colligeret paulus sar-
menta et cogerent in piram vipera que sarmen-
ta latebat adhesit manui eius. Cum autem viderent
barbari viperam in manu eius appendentem
dicebant ad invicem. Utique homicida est
homo iste et cum de naufragio evaserit ul-
cio divina eum amplius vivere non permit-
tit. Excuciens autem paulus viperam in ignem
nil mali passus est. At illi expectabant
ut intumesceret manus, quia timor obsederat
propter venenum et cum diu expectassent et
nullam in manu deprehenderent lesionem
convertentes faciem suam ad se invicem dix-
erunt. Homo iste deus est.

Contigit autem [Quomodo sanavit patrem principis]
patrem principis publii insule fe-
bri et dissinteria laborare et flu-
xu ventris, ad quem paulus venit, et orando
manus ei imposuisset sanavit eum. Quo facto
omnes qui erant in insula infirmi descende-
bant ad eum et sanabantur. Post menses autem
tres venerunt navem alexandrinam que in in-
sula mitiline yemaverat cui nomen erat ca-
strum insigne, cuius insule quod adhuc appa-
rebant in quoddam castrorum vestigia que
antiquitus fuerant edificata. Vel cui na-
vi quemadmodum castrorum erant insignia vel
intexta. Alia translacio habet cui erat insigne
castorum, quia gemini sunt castores scilicet castor
et pollux quos gentiles precipue invocabant
et eis in litore maris templum fecerunt. Sed
hec autem et alia translacione evidenciatur
ut tenetur cui erat insigne filiorum iovis.

Fabulant [Quomodo venerunt siracusam]
gentiles castorem et pollucem filios fu-
isse iovis. Qui autem ascendissent na-
vem multis honoribus honoraverunt eos
et posuerunt necessaria in navi. Et cum venissent
siracusam mansimus triduo et venerunt
Regium. Et post unum diem flante austro ve-
nerunt puteolos, quod alii libri habent puteo-
los et est nomen insule ubi invenerunt
fratres et rogati sunt manere cum eis VII die-
bus. Cum audissent autem fratres eorum qui erant
rome usque ad forum appii occurrerunt eis
id est ab appio in littore maris constitutum
ut devote applicantes invenirent vena-
lia construxerunt tres ibi tabulas, scilicet do-
mos in littore in quibus exponerent cibi
venales. [Quomodo receptus est a fratribus romanis]

Quem autem audisset paulus fratres ad
se venientes gratias agens deo ac-
cepit fiduciam et intravit romam.
Et quia ante adventum pauli erant
rome christiani, patet ex hoc loco pe-
trum, non paulum primo predicasse romanis. Quod
quod legatur de conversione fidei in-
telligendum est, non de doctrina in scriptu-
re. Tamen quod venissent romam non fu-
erat confirmati in regno vero nec
[illegible] eius. Et Iudeos
[illegible] de lege [illegible] et iudeos
suspendit. Et permissum est paulo
libere ut [illegible] cum uno sibi milite

custodiente eum. Timuit autem ne forte iu
dei qui persecuti fuerant eum in iudea misissent
litteras ad iudeos qui erant rome ut in dolo
occiderent. Locutus post tertium diem convocatis primos
iudeorum. Et cum venissent dicebant eis fra
tres ego non gentem meam accusare sed coact
sum appellare ad cesarem quia vite editus
sum a iudeis et iniurias romanorum propter quod
nolo vos fratres latere quod nulla est causa mortis
mee in me quod predico vitam mortuorum. At illi
dixerunt ad eum. Nec litteras accepimus a iudea
nec adveniens aliquis fratrum locutus est de te ma
lum. Volumus autem audire a te que sentis de
secta iudeorum. Nam contra eam ad heresim au
divimus. Non quod ei ubique creditur. Et die
assignata venerunt ad eum plures in hospi
cium suum. Quibus exponebat legem et prophetas
predicans de ihesu a mane usque ad vesperam.
Et quidam credebant hiis que dicebantur. Alii
autem non credebant. Et cum discedent dis
sentientes cepit eos arguere in hunc mo
dum. Bene spiritus sanctus locutus est de vobis per ysaiam dicens.
Vade ad populum istum et dic ad eos. Aure au
dietis et non intelligetis. Et videntes videbitis
et non percipietis. Incrassatum est enim cor populi huius
et auribus graviter audierunt et oculos suos
compresserunt ne forte videant oculis et auribus
audiant et convertantur et sanem eos. Quoniam in
gentibus missum est. Et hoc salutare dei.
Et ipsi audient. Quomodo tempore neronis libe

Mansit autem paulus toto predicavit
biennio in hospicio quod ipse condu
xerat in libera custodia. Et susci
piebat omnes qui ingrediebantur ad eum predi
cans regnum dei et docens de domino ihesu
cum omni fiducia sine prohibicione. Et vide
quod ante adventum pauli romam iam regna
verat nero duobus annis. Et veniens romam
per biennium fuit in libera custodia. Et per tria
per decennium in magna libertate quia nero nondum confir
matus erat in regno. Et dedit ei libera
litatem de ambulandi et eundi per partes
occidentis et predicandi. Quomodo tempore ne

Quinto ronis anno passi sunt
decimo vero anno tempore neronis etiam
a prima negans crudelius et iam
iudeos confirmavit. Potuitque paulus inter
ceteros ubi multos de familia neronis
convertit. Et familiaritate denique inge
neronis contra paulum. Et eodem .xiiij. anno
ultimo scilicet imperii neronis in quo coronatur se ipse
et petrus. Dicunt patres quod erare quod dixit non eadem
die occisos esse non intelligatur anno revoluto
quod stare non potest. Cum constet eodem anno scilicet .xiiij.
esse occisos. Et eodem die. In quibus locis passi

De loco autem sunt petrus et paulus
Videtur quidam in iure sentire quod putat
in eodem loco esse occisos. Quia legitur
gloriosi principes terre quomodo in vita sua dilexe
runt se ita et in morte non sunt separati. Post tamen
videtur paulus tamquam civis honorabiliori
morte occisus esse quia gladiatus est. Inchoatam
bis versus occidente. Petrus vero crucifixus
est transtiberino in loco scilicet qui est extra castra vel
civitate ubi fiebat. Dolia. Sic paulus
honorabiliori morte mortuus est quia gla
diatus. Gladio enim puniebantur nobiles
et in loco magis honorabiliori scilicet terra circu
bis — Explicit scolastica hystoria

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg